

CONSENSUS
IN
FIDE ET RELIGIO-
NE CHRISTIANA,
INTER
ECCLESIAS EVANGELI-
CAS MAJORIS ET MINORIS POLONIAE,
Magniq; Ducatus Lithuaniae & cætera-
rum ejus Regni provinciarum;

primo

SEN DOMIRIÆ ANNO M. D. LXX.
in Synodo generali sancitus: Et deinceps in aliis,
ac demum,

WLODISLAVIENSI GENERALI
SYNODO ANNO M.D. LXXXIII.
confirmatus:

Et Sereniss. Poloniæ Regibus
AUGUSTO, HEINRICO AC
STEPHANO,

Oblatus: *proœc, labore pr-*

tientib.

*Ex decreto acutem Synodico in publicum typis editus
anno Christi. M.D. LXXXVI.*

Accesserunt in hac editione

ACTA ET CONCLVSIONES SYNODI
GENERALIS TORUNIENSIS.

HAIDELBERGÆ

TYPI VORGELINIANI.
M. DC. V.

Sum C. Lindeli Senioris
Thomas Gregor. et H.

41404 C

II. Timoth. II.

Sectare justiciam, fidem, charitatem, pacem, cum iis, qui invocant DOMINVM ex puro corde.

Psal. L. & CXXII.

Benigne fac Domine in beneplacito tuo Syoni, & ædificantur muri Jerusalem.

Sit pax in propugnaculis ejus, & prosperitas in palatiis ejus.

P R A E F A T I O

Ad

B E N E V O L U M
LECTOREM.

ETUS & verissima est sapi-
entum sententia: Concordia
res parva crescunt, discordia ma-
ximae dilabuntur. Imò vero ipsa
veritas Dominus noster Je-
sus Christus testatur, regnum inter se
divisum collapsum, concordiam vero
& amorem pium, sectatorum suorum si-
gnum proprium esse. Quapropter addi-
cti sanctae concordiae, & operam dantes
ædificationi Ecclesiae ac extirpationi
scandalorum, nos qui in Polonię Regno
idolatriam AntiChristi rejecimus, &
omnes hereses Christianæ fidei, symbo-
lo Apostolorum, Niceno & Athanasia-
no &c. adeoq; authoritati scripturarum
repugnantes, vitamus, ac pura Evange-
lii doctrinam sincerè profitentes & ex-
equi studentes, Evangelici vocamur: ut
occurrere possimus apud extraneos su-
spicioni, domi vero occasioni & cuius-
fomiti discordiae (quod majores nostri

A 2 egre-

egredientes ex captivitate AntiChristiana, diversis temporibus & locis, alii in Bohemia & Polonia, alii in Germania, alii in Helvetia & cæteris regionib. ac regnis, exhibuerunt magistratui suo, Imperatoribus, Regibus ac Principibus, diversa nostrarum Evangelicarum Cōfessionum exemplaria, unam tamē eandemq; veritatem in scriptis Propheticis & Apostolicis fundatam complectētia) convocatā ex omnibus Regni Poloniæ Provinciis Generali Synodo Sendomiriæ A N N O Domini M. D. L X X . dictas Confessiones, Augustanam, Bohemicam, & Helveticam, examinatas deprehendimus in præcipuis articulis fidei Christianæ cum scripturâ sacrâ & secum invicem concordes esse.

Quod verò attinet ad Articulum de Cœna Domini, ne quædam varietas opinionum seu phrasiu nos distraheret, præcidimus inter nos disputationes de modo rei, cùm omnes rem verè credamus, secundum verba Salvatoris, & piæ antiquitatis sententiā, quæ in CONSENSU SENDOMIRIENSI descripta est.

Itaq;

Itaq; scandalis sopitis, vera concordia & amore C H R I S T I in ejus pura doctrina conjuncti sumus, Ceremoniis paulò diversis, ut in qualibet Ecclesia mos obtinuit, libertati Christianæ permissis.

Qui dictus Consensus noster hactenus à nobis non modò est fideliter servatus, sed etiam deinceps in aliquot Generalibus Synodis renovatus & confirmatus, utpote in *CRACOVIE NSI Anno M. D. LXXIII. in PETRICOVIE NSI Anno M.D. LXXVIII. & VVLODISLAVIE NSI Anno M. D. LXXXIII.* illis, qui litium scintillas excitare videbantur, ingenuè correctis, ac intralimes pacis reductis, atque ita vinculo concordiae & amoris fraterni arctius astricto. Stat verò nobis omnib. firma sententia, auxiliante D e o, hunc sanctum C O N S E N S U M contra omnes Diaboli, hostiumq;, & quorumvis hominum molitiones constanter retinere actueri.

Quare publicatione hujus libelli
(quo ratio Consensus, Ordinis ac Disci-

plinæ internos constitutæ describitur) palam facere & protestari voluimus o-
mnibus piis, tam in S A R M A T I A,
quam in aliis Europæ cæterarumque
mundi partium regnis viventibus, nos
non simulatâ, sed sacrosanctâ, mandato
& Spiritu C H R I S T I factâ, concordiâ
conjunctos esse, & habitare fratres in u-
num, ac prouinde ab adversariis nostris
calumniosè & iniquissimè nobis ob-
jici discordiam & ataxian. Siqui-
dem cum hoc scripto nostro res ipsa
clamat, & id cognoscere volentibus e-
vincit, nos in Regno Poloniæ omnes E-
VANGELICOS esse sancta pace co-
pulatos, non dissidere, sed convenire in
doctrina fundamentoq; fidei & salutis
nostræ ac religionis Christianæ, & reti-
nere fraternam cōcordiam atq; mutuū
amorem, & officiorum pietatis huma-
nitatisq; pulchram cōmunicationem.
Ac si qui fortè etiam inter nos reperirē-
tur philauti, qui communem tranquil-
litatem turbare niterentur, scandalaq;
excitarent, & patientiâ Fratrum abutē-
tes, commoniti non se cohiberent ; esse
con-

contra eos in promptu justum Ecclesiasticæ disciplinæ rigorem, ut coherciantur, & contumaces ex ECCLESIA communioneq; nostra, authoritate Canonum Synodorum excludantur: secundum decretum ipsius Sæti Spiritus, in ejusmodi hominum pervicaciam latum Galat. V. *QVI vos conturbat, porabit judicium, quicunque est ille: Utinam verò absindantur, qui vos conturbant.*

ORAMUS itaq; omnes pios, qui legent CONSENSUM hūc nostrū, ne admittant iniquas hostium nostrorum accusationes, calumnias & obtrectationes: sed huic testimonio & scripto nostro locum dantes, nobiscum & cum multis aliis, de reb. dextrè judicantibus, viris Evangelicis, DEO OPT: MAX: gratias agant, pro hac sincerâ doctrinâ Evangelii, & in eâ pio Consensu atque concordiâ nobis divinitus cōcessa: Nec etiam suâ quidam nimis audaci & inclementi de nostro Consensu censurâ prohibeant nos benè agere: Imò ipsi quoq; si possunt, benè agant, & scandala, quæ

rixas comitantur, in domo Domini vi-
tent: ac unanimes serviant æquissimo
ministrorum suorum judici D O M I N O
J E S U , cui stamus & cadimus: Quinos
ita obtestatur Johan. XIII. Hoce est præceptū
meum (*in quo cognoscet omnes, vos esse meos*
discipulos) ut *vos in vicem diligatis*; sicut ego
dilexi vos, ut etiam diligatis alii alios.


D E U S Pater cœlestis nos totamque
suam Sancto Evāgelio addictam Eccle-
siam conservet, confirmet, & benedi-
ctione sua augeat in sancta concordia,
ad gloriam suam & amplificationem
Regni sui, inter omnes homines Chri-
stianos, verbo veritatis morigeros: ut
Spiritu Sancto nos gubernante, veri di-
scipuli atq; imitatores C H R I S T I simus:
nemini scandalum præbeamus: & fidē,
conscientiamque puram retinentes ad
triumphantem E C C L E S I A M lætabundi
in æternum perveniamus, per Do-
MINUM nostrum JESUM C H R I-
STUM. AMEN.

9
MINISTRI DOMINI JESU,
ET SANCTI EVANGELII IN EC-
CLESIA EIVS.

Erasmus Gliczner Superattendens Con-
fessionis Augustanae in Majori Polonia, suo
& omnium fratrum suorum nomine.

Iohannes Laurentius Superattendens fra-
trum Confessionis Bohemicæ, in Majori Po-
lonia, suo & fratrum suorum nomine.

Paulus Gilovius Superattendens Cōfessio-
nis Helveticæ in Minori Polonia, &c. suo &
omnium fratrum suorum nomine.



CONSENSVS
MUTUUS IN RELIGIO-
NIS CHRISTIANÆ CAPITIBVS,
inter Ecclesias Majoris & Mi-
noris Poloniæ, Russiæ, Lithuaniae,
& Samogitię &c. quęjuxta
confessionem Augustanā, Fra-
trum Bohemorum, & Helveti-
cam, aliquo modo à se dissentire
videbantur: factus in Synodo
Sendomiriensi Anno Do-
mini M.D.LXX.die
XIV.Aprilis.

Doste aquam diu multumq; cum Sectarii, Tritheitis, Ebionitis, Anabaptistis, conflictatum esset, ac tandem divino favore ex tot tantisque certaminibus & deplorandis contentionibus emersimus: visum est iisdem Ecclesiis Polonicis reformatis & orthodoxis, quæ in quibusdam capitibus & formulis doctrinæ (hostibus veritatis & Evangelii) minimè consentire videbantur, pacis & concordię studio Synodum convocare, atque consensionem mutuam testari. Quare habita collatione amica & Christiana, sic junctis compositisq; animis consensimus in hæc capita.

PRIMVM, quemadmodum & nos qui in præsenti Synodo nostram Confessionem edidimus, & Fratres, nunquam credidimus, eos, qui Augustanam Confessionem amplectuntur, aliter quam pie & orthodoxè sentire de DEO & Sacra Trinitate, atq; incarnatione Filij DEI, & justificatione nostra, aliisque præcipuis capitibus Fidei nostræ: Ita etiam ȳ, qui Augustanam Confessionem sequuntur, professi sunt candidè & sincerè, se vicissim tam de nostrarum Ecclesiarum quam de Fratrum Bohemicorum (quos quidam rerum ignarri Waldenses vocant) Confessione de DEO & Sacra Triade, Incarnatione Filij DEI, Justificatione, & alijs primariis capitibus, Fidei Christianæ, nil agnoscere quod sit absonum ab orthodoxa veritate, & puro verbo DEI. Ibiq; sancte invicem polliciti sumus, unanimiter

nimiter secundum regulam verbi DEI, nos defensuros
Consensum hunc mutuum in vera & pura CHRISTI re-
ligione, contra Pontificios, contra Sectarios, contra de-
nique omnes hostes Evangelij & veritatis.

DE INDE vero, quantum ad infelix illud dissidium
de COENA Domini attinet, convenimus in sententia
verborum DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI, ut illa orthodoxe intellecta sunt a patribus, ac
imprimis Ireneo, qui duabus rebus, scilicet terrinâ &
cœlesti, hoc mysterium constare dixit: Neque elemen-
ta signave nuda & vacua illa esse afferimus, sed simul re
ipsa credentibus exhibere & præstare Fide, quod signifi-
cant: Deniq_z, ut expressius clarius loquamur, conve-
nimus, ut credamus & confiteamur, substancialē
præsentiam CHRISTI non significari duntaxat, sed
verè in COENA eo vescientibus, repræsentari, distribu_s
& exhiberi CORPVS ET SANGVINEM DO-
MINI, symbolis adjectis ipsi rei, minimè nudis: secun-
dum Sacramentorum naturam. Ne vero diversi-
tas formularum loquendi contentionem aliquam pariat,
placuit præter Articulum, qui est insertus nostræ Con-
fessioni, mutuo consensu asscribere Articulum Confissio-
nis Saxoniarum Ecclesiarum de COENA DOMI-
NI, ad Tridentinum Concilium ANNO Domini
M. D. L. missæ: Quem etiam pium agnoscimus &
recipimus. Cujus Confessionis hæc sunt verba: Et Ba-
ptismus & Cœna Domini sunt pignora & testi-
monia gratiæ, ut antea dictum est, quæ de pro-
missione & tota redemptione nos commonefa-
ciunt, & ostendunt beneficia EVANGELII
ad

singulos pertinere, qui his ritibus utuntur &c.
Item. Nec admittuntur ulli ad communionem,
nisi prius à Pastore aut Collegis ejus auditи sint,
& absoluti. In hac exploratione interrogantur
& erudiūtur rudiores de tota doctrina, & deinde
absolutio promulgatur. Docētur etiā homines,
Sacramenta esse actiones divinitus institutas,
& extra usum institutū, res ipsas nō habere
rationē Sacramenti: sed in usu instituto in hac
cōmunione verè & substancialiter adesse C H R I-
S T U M , & verè exhiberi fumentibus Corpus &
Sanguinem C H R I S T I : Testari C H R I S T U M ,
quòd sit in eis, & faciat eos sibi membra, & quòd
abluerit eos sanguine suo: &c. Omnia hujus arti-
culi verba integra.

H V j V S autem sancti mutuig, C O N S E N S V S
vinculum fore arbitrati sumus, convenimusque, u-
quemadmodum illi nos nostrasque E C C L E S I A S &
Confessionem nostram in hac Synodo publicatam, &
Fratrum, orthodoxas esse testantur. Sic etiam nos
illorum E C C L E S I A S eodem Christiano amore pro-
sequamur, & orthodoxas fateamur: Extremumque
V A L E dicamus & altum silentium imponamus o-
mnibus rixis, distractionibus, dissidiis, quibus E V A N-
G E L I I cursus, non sine maxima multorum piorum
offensione, impeditus est, & unde adversarioris nostris
non levis calumniandi & verae Christianae religionis
nostrae contradicendi occasio sit subministrata.
Quin potius paci & tranquillitati publicæ studere,
charitatem mutuam exercere, & operas mutuas ad-

ædi-

ædificationem ECCLESIAE pro fraterna conjunctio-
ne nostra prestatre debemus.

Adhac recipimus mutuo CONSENSV, omni
Studio nostris Fratribus omnibus persuasuros, at quo
eos invitatueros ad hunc Christianum & unanimem
Consensum amplectendum, colendum & conser-
vandum, illumque alendum & obsignandum, præ-
cipue auditione verbi (frequentando tam hujus, quam
alterius cuiusq; Cœfessionis cœt^o) & Sacramentorū usu:
observato tamen recto ordine, & gradu tam discipline,
quam consuetudinis uniuscujusque ECCLESIAE.

RITVS autem & Ceremonias uniuscujusque
Ecclesie, liberos hac CONCORDIA & Conjunc-
ione relinquimus. Non enim multum refert, qui
us obseruentur, modo sarta tacta & incorrupta ex-
istat ipsa doctrina, & fundamentum fidei ac salu-
tis noſtra: Quemadmodum & ipsa Confessio Au-
gustana & Saxonica de ea re docent: Et in hac
Confessione noſtra, in praesenti Synodo SENDO-
MIRIENSIS publicata, id ipsum exp̄effimus.

Quamobrem consilia officiave charitatis mutua inter
nos conferre, & in posterum de conservatione & in-
remento omnium totius Regni, LITHVANIAE,
SAMOGITIAE, piarum, orthodoxarum & re-
formatarum Ecclesiarum, tanquam de uno corpore consu-
lere polliciti sumus ac receperimus. Et si quādo Syno-
dos generales celebrabūt, nobis quoq; significant: Et ad
stras etiā generales vocati, nō gravatim veniant, si
opus fuerit.

Atq; ut colophonem huic CONSENSVI & mu-

tua Concordia imponamus, ad hanc fraternalm societatem conservandam tuendamq; non incommodū fore putamus, in locum certum convenire, ubi una ex muris Confessionibus, compendium corporis doctrinæ (improbitate hostium veritatis ad id adacti) eliceremus, & in publicum ederemus: ut invidorum hominum ora obturarentur, cum maximo omnium piorum solatio: sub titulo omnium ECCL ESIARVM Polonicarum reformatarum & Lithuanicarum & Samogiticarum, nostra CONFESSI ONI consentientium.

DATIS igitur junctisq; dextris sanctè promissimus & receperimus invicem omnes, fidem & pacem colere, sovere, & indies ad edificationem REGNI DEI magis magisq; amplificare velle: omnesq; occasiones distractionis Ecclesiarū evitatueros. Deniq; se immemores & oblitos sui ipsius, ut veros DEI Ministros decet, solius JESV CHRISTI Salvatoris nostri gloriam promoturos, & Evangelij ipsius veritatem propagaturos tum dictis tum factis, receperimus.

QUOD UT FOELIX, RATUM firmumq; sit in perpetuum, oramus ardentibus votis DEUM Patrem, totius consolationis & pacis authorem & fontem uberrimum: qui nos nostrasq; ECCL ESIAS ex densis Papatus tenebris eripuit, donavitq; puro verbi sui & sacro sancto veritatis lumine: Hancq; nostrā sanctam pacem, confessionem, conjunctionem & unionem benedicere, ad sui nominis gloriam & Ecclesiæ edificationem velit. AMEN.

STA-

STANISLAUS MYSZKOVVSKI, Palatinus Cracoviensis, personaliter consensi & subscripsi.

PETRUS ZBOROVVSKI Palatinus Sendo-miriensis, personaliter consensit M. P.

Magnifici Domini LUCÆ de GORKA Palatini Po-naniensis, & Domini JOANNIS TOMICZKI Ca-stellani Gnesnensis, atque omnium Confessionis Augu-stanæ Ecclesiarum nomine, **STANISLAUS BNINS-KI**, Senior Ecclesiæ consensi & subscripsi.

Magnifici Domini Palatini Russæ & cæterorum ejus Provinciæ fratrum nomine, **STANISLAUS CHRZUN-STOVIUS M.P.**

SIGISMUNDUS MYSZKOVVSKI Osvie- ciensis Capitaneus, personaliter consentiens M. P. S.

ERASMUS GLICZNER Ecclesiarum in Ma-jori Polonia Confessionis Augustanæ Superattēdens, suo & aliorum fratrum nomine, M. P.

NICOLAUS GLICZNERUS Senior Distri-ctus Posnaniensis, nomine fratrum Majoris Poloniae. M. P.

ANDREAS PRASMOVIUS, Minister cœtus Radziejoviensis, nomine fratrum Confessionis Bohemiæ, facultate sibi commissa, M. P.

SIMEON THEOPHILUS alias Bogomit TUR-NOVIUS, Diaconus in Communitate Fratrum Bohemice Confessionis, & ad præsentem Synodum legatus M. P.

STANISLAUS SARNICIUS, Senior Ecclesia-rii Districtus Cracoviensis, suo & aliorum fratrum no-mine.

JACOBUS SYLVIUS, Senior Districtus Chenczinensis suo & aliorum fratrum nomine.

PAULUS GLOVIUS, Senior Districtus Zato-riensis & Osviecinensis, suo & omnium fratrum nomi-ne.

MATTHÆUS RAKOVV Minister Crilovien-sis, missus à nobilitate Belsensi M. P.

16 S T N O D . S E N D O M .

STĀNISLAVS Karminski, IVVAN, Rector ebl-
loquii in Synodo à Fratribus electus M. P.

DANIEL CHROBEVSKI, STANISLAUS
Rozanka medicus, Consules Cracovienses, & C H R I-
S T O P H O R U S T R E C I U S, Ecclesiæ urbanæ Cra-
coviensis Seniores, & ad præsentem Synodum nuncii, suo
& fratrum nomine subscripti ferunt.

STANISLAUS MARCIANUS Ducis VVif-
novecii legatus, Minister Ecclesiæ Dziovoltensis.

VALENTINUS Brzozovijs, Senior, nomine Ec-
clesiarū Podgoriensiu, Minister in Dobrkovv subscrpsit.

ANDREAS Crusvicensis, Minister in Lisovvo, no-
mine suo & cœrus Radziejoviensis subscripti.

PETRVS TARNOVIVS, Minister in Dembni-
ca, suo & Magnifici Domini GEORGII LATALSKI
nomine subscripti.

Eidem Consensi subscripti personaliter ex cœtu
Fratrum Bohemicæ Confessionis, in Synodo Posnaniensi
XX. Maii,

GEORGIVS ISRAEL, JOHANNES LO-
RENTIVS, Seniores Ecclesiæ Fratrum in Majori Po-
lonia, nomine suo & omnium Ministrorum.

PROCOPIVS Bronievski, Signifer Calissiensis,
M. P.

Psal :CXXXIII.

ECCE quam bonum & quam iucundum habuisse
fratres in unitate !

CON-

CONSIGNATIO
OBSERVATIONUM
NECESSARIARUM AD CON-
FIRMANDUM ET CONSER-
vandum

MUTVVM CONSENSVM

Sendomiriæ Anno D.N. M.D.LXX.
die XIV. April:

IN VERA RELIGIONE CHRISTIA-
na initum

INTER MINISTROS AU-
GUSTANÆ CONFESSIÖNIS
& Fratrum Bohemorum,

POSNANIAE EODEM ANNO, MAI I XX.
facta, & à Ministris utriusq[ue] certus appro-
batu[n]t recepta.

I.

COnsensum Generalem Sendomiriensem, Anno Domini M.D.LX.X. die X I V. Aprilis factum, de doctrina Orthodoxæ Fidei, mutuag_z, concordia & pace omnium Ecclesiarum Evangelicarum in Regno Poloniae, approbamus & fideliter recipimus, atq_z retinere, Deo adjuvante, pollicemur omnes.

II.

*Ministri patris utriusq_z, cùm conciones in tem-
plis tūm Sacra menta administrent & dispēsent, ea for-
ma & ritu eodem qui usitatus ijsdem est, idq_z absq_z ulla
offensionis suspicio ne.*

III.

*Si in loco aliquo fuerint duo utriusq_z cōetus Ministri,
vel si casu aliquo alter alterūm convenerit fuerit ve-
catus, debent absq_z ulla offensionis suspicio ne & concio-
nes & Sacra menta administrare, eodem & quidem pu-
ro & candido animo gloriam D E I promoventes.*

IV.

*Ubicunq_z fuerit pastor cōetus unius, patronus loci il-
lius, non debet Pastorem cōetus alterius, ad cōciones per-
agendas & administranda Sacra menta, absq_z consensu
sui proprij Ministri vocare: multò magis erronem soliva-
gum non debet vocare & suscipere.*

V.

*De Cœna Domini illam sententiam amplectimur,
qua est annotata in mutuo Consensu Sendomiriensi, &
Articulo CONFESSIONIS Saxonicae missa ad Tri-
dentinum Concilium Anno Christi M. D. L I. Vitabi-
musq_z terminos, verba & explicaciones à Verbo D E I
& hoc*

& hoc Generali Consensu, & ab hac ipsa Confessione
Saxonicarum Ecclesiarum ad Tridentinum Concilium
missa alienas.

VI.

Ministros auditoresq; partis unius, pars altera
nulla vel ratione vel occasione abstrahat, sed eos in eadē
cōtus societate confirmet & promoveat.

VII.

Utriusq; partis Ministri, auditores suos doceant, ad-
moneant, illisq; sua Pastorali authoritate injungant, ne
Ecclesiæ Confessionis alterius in omnibus Doctrinae &
Rituum punctis, damnare, verbis vel scriptis ullis per-
stringere audeant, sed ut bene de illis sentiant & lo-
quantur.

VIII.

Ex utrag; parte Seniores constituti, mutuas operas
in promovenda hac Unione, nec non in aliis negotiis
Ecclesiarum tradant; Si opus fuerit bis vel ter in anno
invicem in locum destinatum convenientes, & consilia
mutua conferentes.

IX.

Ministri auditoresq; cōtus unius, cum Ministris,
patronis, auditoribusq; cōtus alterius, nihil privatim de
mutatione Doctrinae & Rituum & Bonorum Ecclesia-
sticorum, vel loqui vel consultare debent: Sed potius sua-
dere, quod illa integra juxta judicium Ministrorum suæ
confessionis maneant.

X.

Unanimiter censemus, ut peccata verbo DEI da-
mnata, & publicis concionibus & privata officijs seduli-

tate taxentur ab omnibus concionatoribus verbi Divini, utpote idololatria, homicidium, avaritia, usura, dissidia, rixa, maledictiones, ebrietas, commessationes, choreæ, scortatio, vestitus luxuriosus, carnisque cupiditates & omnia vitia. De quibus tam Prophetæ quā Apostoli ipseq; Servator loquuntur Esa; III. & V. Jerē; XVIII. Eze; XVI. Matt; XII. Marc; VII. Luc; XXI. Et I. Cor; V. Galat; VI. Ephes; V.

XI.

Disciplina E C C L E S I A S T I C A secundum verbum D E I, ab omnibus approbatur: Atque tam in Ministros delinquentes, quam in omnia membra Ecclesie, sine respectu personarum ut extendatur, necessarium esse judicamus: Idque non solum verbis ut fiat, sed executione ipsa, & veritate, secundum mandatum Domini IESU CHRISTI, & exemplum Apostolorum Math. V. & XVIII. Iohān; XX. I. Cor; V. II. Thes; III.

XII.

Libertas illa conceditur, ut Ministri & membra cœtus unius, alterius cœtus Ministros & membra, siubi opus fuerit, de pietate & paenitentia commonefaciant.

XIII.

Quiilibet Pastor de propriis auditoribus & oculis ad suam curam pertinentibus sciat, illorumq; veram curam agat.

XIV.

Utriusq; partis Ministri ad usum Sacramentorum audidores ab altera parte venientes non admittant, absq; testi-

testimonia Pastoris illius, cuius propriæ subjacent curæ; Exceptis Comitiis, Synodo Generali, aut sorte aliqua peregrinatione.

XV.

Excommunicati auctoritate clavium Christi ab uno cœtu, non admittantur ad Sacram Cœnam in altero cœtu, nisi prius cum Ecclesiâ quam offenderunt reconcilientur.

XVI.

Ministros in uno cœtu ex officio depositos velex-
communicatos, Ministri cœtus alterius nec recipiant,
nec absolvant, nec illis Ministerium restituant, sed judi-
cio cœtus sui recipiendos & absolvendos relinquant.

XVII.

Patroni Ecclesiæ & collatores, nil mandare debent
Ministro, de mutandis & innovandis ceremonijs, sine
consensu Seniorum Ministrorum.

XVIII.

Ceremonias & ritus papisticos sensim auferendos &
omnino rejiciendos esse censemus, ut Exorcismum, ima-
gines idololatricas, Sanctorum reliquias, usum supersti-
tiosum candelarum, Consecrationem herbarum, ver-
xilla, cruces aureas & argenteas, ac his similia: ne
per illa verbum Dei profanetur, & ne Antichristo pa-
trocinari videamur.

XIX.

Si controversia aliqua fuerit oborta inter uniusq;
eatus Ministros in Doctrina vel in Ritibus &c. placide
inter se eam componere studeant: Et si cōponi in eorum
gremio non poterit, judicium & decretum in eo ab

Generali Synodo Ecclesiarum omnium Majoris & Minoris Poloniae expetant; hocq; pro ipsa quaesita veritate vere & ex animo agnoscant & amplectantur.

XX.

Observationes has Concordiae mutuique Christiani Consensus, datis junctisq; dextris sancte promisimus & receperimus invicem omnes, in omnibus Ecclesiis Christi, nostrae curae in Regno Polonie subjectis, auxiliante Deo, constanter retinere atq; observare. Idq; approbavimus propria subscriptione.

ERASMUS GLICZNER, Ecclesiarum Confessionis Augustanæ in Majori Polonia Superintendens, suo & Fratrum suorum nomine.

GEORGIUS Israel *Seniores Ecclesiarum Christi, Cœfessionis Fratrum Bohemorum in Majori Polonia, subscripterunt.*
JOANNES Laurentius
GEORGIUS Philippensis

NICOLAUS Glicznerus, Senior in Districtu Posnaniensi, suo & cæterorum Fratrum nomine.

PETRUS Kostenius pastor Ecclesiæ Christi in Młoslav, Archipræsbyter ejusdem atque Ridzinensis M. P.

SIMON Minister Ecclesiæ Christi in VVilkovvo, Senior Districtus Costenensis,

BALTHASAR Eychnerus Minister Ecclesiæ Germanicæ Confessionis Fratrum Bohemorum Posnaniæ.

JOANNES Turnovius, Minister Christi Confessionis Fratrum in Barczinensi Ecclesia.

BLASIUS Adamitius, Ecclesiæ Christi Confessio-
nis Fratrum Minister Szamotuliis M. P.

LUCAS Jaraczevianus Confessionis Augustanæ Szamotuliis Minister M. P.

ABRA-

ABRAHAM Abdeel, Confessionis Augustanæ in Germanorum Ecclesia Posnaniæ Minister M. P.

JOHANNES Enoch , Ecclesiarum Christi Minister Posnaniæ, Confessionis Fratrum.

ELIAS Thesbita, Diaconus Fratrum in Ecclesia Ostrorogensi M. P.

SIMEON Theophilus Turnovius, Diaconus Fratrum Bohemicæ Confessionis M. P.

JACOCUS Tichicus, Diaconus Ecclesiarum Fratrum Bohemorum in Godziszewo M. P.

VALENTINUS Cornelius, acolytus & Rector Scholæ Fratrum Bohemorum Posnaniæ M. P.

JACOBVS Schwennck Oppolitanus, Præceptor Scholæ Augustanae Confessionis Posnaniæ M. P.

LVCAS Comes A GORKA Palatinus Posnaniensis personaliter M. P.

JOHANNES de Tomicz Castellanus Gnesnensis personaliter M. P.

ANDREAS Lipezinski , articulis suprascriptis & tam pro Consensiū meo & aliorum Fratrum nominibus M. P. S.

ZACHARIAS Rydt, approbo ista & subscribo M. P.

STANISLAVS Storch , assentior his articulis M. P.

Rom:XIV.

Proinde quæ pacis sunt sectemur, et quæ adiunctionis sunt custodiamus.


C O N T E S T A T I O C O N S E N S U S .

Ibidem Posnaniæ post octiduum , nempe Maji die XXVIII. Dominica I. post Trin: verum Consensum ac sanctam unionem confirmarūt realiter inter se Augustanæ & Bohemicæ Cōfessionis cœtus hoc modo. Ministri, patroni, totaq; congregatio Bohemicæ **CONFESSIÖNIS** tam Poloni quam Germani utrisq; sexus homines, ex templo suo, turmatim ingressi sunt in Ecclesiam Augustanorum, ad matutinam concionem, ac ibidem utrisq; auditoribus solenniter congregatis, Ministri Fratru. Iohannes Laurētius Senior Poloni, Balthasar Eucherus Germanis, concionati sunt. Simili modo post meridiem, Augustanæ Confessionis cœtus, cum patronis (Domino Luca à Gorka Palatino Posnaniensi: Domino Johanne Tomiczio Castellano Gnesnensi &c.) & Ministris suis, spectabili processione ex sua Ecclesia per civitatē, ingressi sunt in suburbio Ecclesiā Fratrum Bohemicorum, Poloni ad Polonos, Germani ad Germanos: atque illis Nicolaus Glicznerus Senior, his Abrahamus Abdeel, Augustani Ministri verbū D E I prædicarunt. In his congregationibus utrobiq; lecto Polonis & Germanis auditoribus Cōsenſu & Consignatione, facta est sanctę Concordię ac Unionis voce Ministrorum contestatio, & ad eam cœu singulare donum Dei scribā colendam atq;

atque custodiendam sedula adhortatio ac obligatio utrinq; auditorum, ut falsis de se suspicionebus abjectis, unū in Domino & veritate ejus facti, disciplinam ejus servantes, amore fraterno invicem sese prosequantur: cum ardentibus ad Deum votis, & maxima cunctorū lātitia & acclamatione. Ecce quām bonum & quām jucundum habitare fratres in unum! Tandem hymnum exultationis & gratiarum actionis: Te Deum laudamus: uno ore una Ecclesia facti omnes cecinerunt.

Apostolus ad Ephes: IV.

Obsecro itaq; Gos in DOMINO, ut digne ambuletis, cum omnī humilitate, mansuetudine & patientia, tolerantes in vicem in charitate, studentes servare unitatem Spiritus in vinculo pacis &c.
Amen.



CRACOVIENSIS
SYNODI GENE-
RALIS

ACTA ET CONCLU-
SIONES SEU CANONES.

ANNO DOMINI
M. D. LXXIIL
Sept. die xxix.
&c.


 VM convenissent tām verbi dī-
 vini Ministri & Superatten-
 dentes Confessionum , Augus-
 tinae , Fratrum Bohemorū & Hel-
 veticæ , quām Illustres , Magnifici , & Gene-
 rosi Domini Patroni , & Seniores cum legatis
 Ecclesiarum orthodoxarum Majoris & Mi-
 noris Poloniae , atq; Magni Ducatus Lithva-
 niae , Russie , Samogitiae , & ex aliis provin-
 ciis , quō de rebus ad propagationē Religionis
 Christianæ orthodoxæ & disciplina Ecclesia-
 sticæ necessariis agerent : Tum in vocato Nu-
 mine Sancti Spiritus (& perfectis literis
 ac auditis legationibus ab Ecclesiis & spe-
 cialibus personis ad Synodum missis)
 hæc , quæ sequuntur , egerunt ac decreve-
 runt .

P R I M O.

Consensus mutuus , olim Sendomi-
 riæ cōstitutus ac sanctitus , denuò in hac
 Synodo repetitus est : Cujus verba o-
 mnia ordine perlecta & diligenter exa-
 minata , atq; à cūctis unanimiter com-
 probata sunt .

Con-

SECUNDO.

Consignationem Articulorum certorū, inter nos omnes observandorum, qui sanciti sunt in Synodo Posnaniensi Anno M.D.LXX. die XX. Maji, in hac Synodo Cracoviensi, legimus, perpendimus: & cunctos istos Articulos approbatos, pro communibus recipimus.

TERTIO.

Porrò ut partim optimus ordo, cum Ecclesiastica disciplina vigere magis ac magis possit: partim etiam ut doctrina Christiana, summa cum concordia a nobis propagari & fœlicem cursum habere queat: ac denique ut schismatisbus & scandalis (quibus vehementer impeditur & tardatur ædificatio Ecclesiæ Dei) eatur obviam: superiorum Articulorum Consignationi, Constitutiones quasdam, jam pridem in Synodis Distri-
et Equalibus, XANSENSI & WLODISLAVI-
ENSI sancitas subjecimus, ac pro communibus receperimus. Relicta tamen libertate Fratribus Bohemicæ & Augu-
stanæ Confessionis, ut possint suos ritus & consuetudines, quæ in hoc genere ab
eis

eis observantur, retinere: præsertim de Superattendente & ejus officiis, ac etiam de Senioribus & de Synodis.

EX

XANSENSI SYNODO CONSTITUTIONES.

I.

De Superattendantente.

In singulis Districtibus, ex Ministris illius Districtus eligendus est unus in SUPERATTENDENTE M^{INISTERIO} five Seniorem Spiritualem: Hujusmodi vero, qui aptus esset ei muneri: Idq, à Ministris & Senioribus illius Districtus in Synodo fieri debet: Et quatenus possibile esset, vocandus eo erit vicini Districtus Superattendens, ut inaugurationi ipsius præsit.

Cujus haec sunt officia.

I. Certo in loco fungetur officio Ministerii: ac educabit Catechistam impensis patronorum illius Districtus, qui ad munus Ministerii sedulò sese exercere, & in absentia Superattendentis, cum videlicet is ad visitandas Ecclesiás vel Synodos profectus erit, conciones sacras habere debet.

II. In Districtu sibi commisso, passim ubi opus fuerit, Ministros tam per oppida quam in pagis constituere debet.

III. MINISTROS in certis locis habitantes, eorumque auditores visitare tenetur, ad minimum

mūm semel in anno: Idq; cum uno aut duobus Senioribus secularibus seu Diaconis.

I V . Summa cum diligentia munus sibi con- creditum exequatur, ita ne lupi rapaces doctrina falsa & hæretica gregem CHRISTI inficiant & dispergant aut perturbent.

V . Cum fuerit vocatus ad Synodos aliarum Ecclesiarum alterius Districtus seu Provinciae, eo accedere debebit, idq; sumptibus cœtus sui Districtus.

VI . Synodos in suo districtu seu diœcesi statis temporibus, certas & necessarias ob causas indicet, easque diriget.

VII . Querelæ inter Fratres si fortè acciderint, eas vigilatæ excipere debet: atq; advocata utraq; parte, in Consensu Seniorum dijudicare & conciliare: Salvis tamen legibus.

VIII . Catechistas & Adolescentes bonæ indolis, qui ad Ministerium idonei esse possent, examinare & suscipere debet.

IX . Literas ab aliis Ecclesiis, & quibusvis hominibus, quæ ad E C C L E S I A S Diœcesis illius missæ fuerint, accipiat: Ad quas de consilio Seniorum, præcipue Ministrorum, cæterorumque Fratrum præfertim in rebus difficilioribus, respondeat.

X . Munus ejus à Synodo ad Synodum durare debet: Et juxta sententiā Synodi, aut is retinendus & approbandus, aut aliis eligendus & constitutus erit.

II.

De Senioribus ordinis eques- tris seu Politici.

*Seniores ubiq; in Districtibus seu diœcésib; duo vel
tres esse debet: Qui in particulari seu Districtuali Syn-
odo ab omnibus Ministris & Patrono suffragijs liberis
ellegantur: postea à Superattendente ejusdem Districtus
& ab aliquot Ministris inaugurentur.*

Quorum hæc sunt officia:

*Obstringet eos sub conscientia Synodus &
Ecclesia, ut sedulò observent Ministros, quò ve-
ram & orthodoxam doctrinam purè, fideliter &
diligenter, proponant: Utq; vitâ piam & mode-
stam agant. Quod si animadverterint, quem-
piam illorum errare & scandalum præbere, mo-
nere debent hominē, ac si res postulaverit, pro-
pter enorme aliquod peccatum à Ministerio eū
suspendent, consilio Superattendentis, usq; ad
Synodum. Sic etiā erga singulos Fratres se ge-
rent, ut errantem coherceant, observatis tamen
disciplinæ Ecclesiasticæ gradibus.*

I. Ad Synodos omnes proficisci debet: Et
una cū Superattendente Ecclesias visitabunt.

III. Curare debent & commonefactionū assi-
duitate efficere, ut bona Ecclesiastica restituau-
tur ad usum Ministrorum & Ecclesiarum.

IV. Operam dabūt, ut Ministri victum neces-
farium & habitationem commodam habeant:
Neve ulla injuria aut gravamine affligantur.

V. Con-

V. Cōstitutiones Synodicas ad executionem debent perducere: Atq; omnes cōtrōversias inter Fratres componere. Officio verò fungentur tantū ad Synodū, quos vel in eodē cōfirmare, vel movere, aliosq; substituere, liberū erit Synodo.

III.

De Synodis.

Synodi duplices in singulis Districtibus celebrari debent, altera Particularis, quater in año, altera verò Districtualis, semel in anno.

IV.

De Ministris.

I. Ministerium nemo sibi usurpare, neque se quisquam sua præsumptione mittere potest: Sed Superattendens in Synodis Districtualibus Ministros eligere, ordinate & mittere debet.

II. Neq; etiam quisquā vocationē & statonem suam aut munus pastorale sibi commissū, suo arbitratu deseret, sine consensu totius Synodi & Patronorum suorum.

III. Patronus privata sua autoritate ac voluntate, nec recipiat, nec dimittat, multo minus ejiciat Ministrum: Sed ejusmodi negotia in Cōfessu Seniorum proponat & expediat.

IV. Nulli Ministrorum cæterorumve Fratrum liberum sit in lucem emittere libros, vel Manuscriptos vel Impressos absq; consensu totius Synodi.

EX WLODISLAVI-
ENSISYNODO DISTRI-
CTUALI CONSTITUTIONES, IN
hac Cracoviensi Generali re-
ceptæ.

I.

Cohibeantur & procul arceantur omnia vitia, pro-
fuse commissiones, ingluvies ac ebrietas, ma-
ledicta, choreæ, fastus & luxus in vestitu, quem vitare
debent cuiuslibet conditionis homines, omni in loco, ma-
xime verò in Sacris Cœtibus, ne offendionis causam prä-
beant.

II.

Nuptiae summa cum honestate, modestia & morum
sanctimonia celebrantur.

III.

Publica hospitia seu caupone, sint honestatis domici-
lia, benè in omnibus ordinata & providè constituta: Ita
ut & potus & cetera ad viëtum hominum atq[ue] jumen-
torum pertinentia tam peregrinis quam indigenis ne-
cessaria, in eis inveniri possint. In quibus ne siant con-
venticula puellarum & quarumlibet feminarum su-
specta, ac præsertim nocturna, Domini id curare, cumq[ue]
choreis, lusus chartarum &c. ac similia vitia severe pro-
hibere debent.

IV.

Subditorum habeatur summaratio, ita ut Christia-
num amorem, humanitatemq[ue] debitam ab ipsis Domi-
ni & eorum procuratoribus experiantur. Laboribus
nimis

V
I
R
I
N
n, pro-
, ma-
vitare
, ma-
nprae-
erum
mici-
a: ita
men-
is ne-
con-
n su-
umq,
e pro-
istia-
omi-
ribus
mjs

nimiis ne opprimantur, sed quandoq, relaxatione & remissione ij fruantur. Labor ab ipsis bidui vel ad summum tridui septimanatim, nec ultra exigendus est. Census & aliae pensiones ab ipsis justè & clementer sine gravamine & oppressione accipientur. Nempe ita se se erga subditos suos gerant Domini, quales, si in istorum proximorum suorum loco essent, Dominos erga se optarent.

V.

Diebus Dominicis, ne permittant Domini in suis directionibus negotiationes, forumq, publicum: Neg, ijsdem diebus colonos suos ullis laboribus aut vecturis onerent.

VI.

Cum hoc præcipuum sit parentum munus, ut suos liberos in vera sinceraq, religione, in DEI timore & pietate institui curent: nefas est CHRISTIANORUM ac Evangelicorum hominum liberos, discendi gratiascholas blasphemorum & idololatrarū frequentare.

QUARTO.

Quartus Synodi Cracoviensis

actus erat,

De

ARRIANABAPTISTIS.

Ex his cùm aliquot Concionatores & auditores suapte ad Synodum nostrā venissent, & de suo dogmate ibidē disserere vellet: Synodus post gravem de iis deliberationē, denegavit eis colloquiū ac disputationē, & tale decretum fecit.

C 3 Si-

Siquidem Arrianabaptistæ ex nobis
egressi, non manent in Doctrina C H R I-
S T I ac Fide de vero D E O , Patre & Fi-
lio cum Spiritu Sancto , adeoq; D E U M
non habent : & jam à nobis s xpissimè
colloquiis ac scriptis admoniti pertina-
citer in errore manēt : Nullumjam am-
plius c um ipsis commercium (quamdiu
sententiam suam t uentur) habeamus ,
nullas disputationes ipsorum admittam-
us : Sed eos librosq; illorum blasphem-
os, secūdum præceptum Spiritus San-
cti vitemus ; ne alias fundamentum
religionis Christianæ, Fidem firmissimā
de D E O (in cuius nomine sumus bapti-
zati) subter nos commovere ac in dubiū
vocare videamur : Et ne operibus eorū
malis, doctrinis venenatis, atq; blasphem-
iis gloriam Domini oppugnantibus ,
communicemus .

Q U I N T O.

D E C H O R E I S.

Disceptatum est in Synodo de C H O-
R E I S , quibus nonnulli patrocinari vel-
lent, fingentes talē distinctionē; Quod
alix

aliæ sint honestæ, aliæ in honeste. Sed omniū tam Spiritualiū quām Seculariū, secundūm sacras Scripturas suffragio (refutatis palliationibus & excusationibus chorearum) prorsus eç sunt damna-
tæ, ac vetitæ omnibus veram pietatem profitentibus, nō secundūm carnē am-
bulatibus, sed opera carnis spiritu mor-
tificantibus, mundum & ipsius vanitates non amantibus, ac CHRISTUM quotidie cum cruce sequi conantibus.

S E X T O.

De CEREMONIIS præsertim in u-
su COENÆ DOMINI, mota quæstione:
An eæ in omnibus Ecclesiis nostris uni-
formes esse possent? Conclusum est, ut
secundūm morem primitivę ECCLESIAE
libertati CHRISTIANÆ ceremoniæ in-
ter nos permittantur: Monitis tamen
Fratrib. si qui sessione in SACRA COENA
utuntur, ut eam Ceremoniam Arriana-
baptistis propriam relinquant.

S E P T I M O.

Hij articuli cum superius nominata-
rum Synodorum Constitutionibus

& Canonibus in omnibus & singulis
punctis, ab hac Generali Synodo exa-
minati, approbati & solenniter confir-
mati sunt, ab omnibus tūm præsentibus
Ministris & Patronis ac Ecclesiarum le-
gatis, nomine suo & suorum, ultrò tali
pœna in violatores horum constituta.
Nos Patroni Equestris ordinis, si contra
istos Articulos quid commiserimus, ut
Ministris privemur, atq; aliis pœnis (se-
cundum Disciplinam Ecclesiasticam)
quæ in pertinaciter peccates, sacris Scri-
pturis expressæ sunt, afficiamur. Nos
verò Ministri, ut ab officio Ministerioq;
deponamus, ac etiam excōmunicatio-
nis in V E R B O D E I descriptæ pœnam
subeamus. Quod utratum firmumque
sit, Domini & Fratres in hac Synodo
præcipui, nomine suo & Ecclesiarum ac
Fratum suorum omnium, exemplar a-
ctorum hujus Synodi, Cracoviæ Calen:
Octobr: M. D. LXXIII. manibus
suis subscripterunt, & etiam sigillis suis
con signarunt,

JO-

JOHANNES FIRLEY de Dumbrovicza, Palatinus & Generalis Capitaneus Cracoviensis, Marschalcus Regni Poloniae &c. M. P. subscribo.

STANISLAUS SLUPECZKI, Castellanus Lublinensis subscribo M. P.

JOHANNES TARLO, Castellanus Radomensis, M. P.

HIERONYMUS BUZINSKI, Thesaurarius Regni Poloniae, M. P.

SIGISMUNDUS MYSZKOVVSKI Osvezcinensis Capitaneus M. P.

STANISLAUS GARNYSZ, Dapifer Cracoviensis, M. P.

LEONHARDUS STRASZ, Burgrabius Cracoviensis, M. P.

STANISLAUS PLAZA,

JOHANNES PLAZA.

ANDREAS FIRLEY de Dumbrovica, Palatinus Craçoviensis.

NICOLAUS Koniecpolski.

NICOLAUS DLUSKI.

CHRISTOPHORUS GOSLAVVSKI de Bebelno.

HIERONIMUS GOSTOMSKI.

SIGISMUNDVS PALCZENSKI, Subcapitaneus Cracoviensis,

JOHANNES PAKOVVSKI, de Pakovicze.

MATTHIAS LOVVIENICZKI.

MARIANUS PRZILENSKI, Burgrabius Arsis Cracoviensis.

VALENTINUS à Brzezie.

STANISLAUS Karminski IVVAN Senior Districtus Cracoviensis.

JOHANNES Zebrzidovvski, Senior Districtus Cracoviensis.

STANISLAUS SUDROVIUS Ostrolencensis, Christi Jesu Minister in cœtu Vilnensi, suo & ejusdem cœtus Fratrum nomine,

GEORGIUS ISRAEL,

JOHANNES LORENTIUS,

JOHANNES ROKITA, Seniores Confessionis
Bohemicae in majori Polonia, suo & Ecclesiarum Fra-
trumq; suorum nomine.

ERASMIUS GLICZNER, Ecclesiæ DEI Con-
fessionis Augustanae in Majori Polonia Superattendens,
suo & collegæ sui,

JOHANN: ENOCH, aliorumq; Fratrum suorum
omnium nomine.

PAULUS GLOVIUS, Superattendens Con-
fessionis Helveticæ in Districtu Zatoriensi, suo & Fratrum
suorum nomine.

ANDREAS PRASMOVIUS Radziejoviensis
Minister, Superattendens in Districtu Cracoviensi.

THOMAS GOLECIUS, Minister Hamostensis
cœtus Vilnensis.

VALENTINUS de Brzozovvo, Minister Ecclesiæ
DEI, Senior in Districtu Podgoriensi.

PETRUS LUNCKI, Minister verbi DEI & Se-
nior in Districtu Rayensi & Opocznensi.

GEORGIUS PONTANUS, Ecclesiæ Christi
Minister, Superattendens in Districtu Lublinensi & Bel-
zensi, suo & suorum nomine.

STANISLAUS CZASLAVIUS, Minister
Christi in Corinthnica, missus adhanc Synodum à Fratri-
bus districtus Chenczinnensis, suo & suorum nomine sub-
scriptis.

SIMEON THEOPHILUS Turnovius, Mini-
ster Christi & Ecclesiæ ejus orthodoxæ in Luthomirsko,
subscribit M. P.

Porrò tota hæc Cracoviensis Synodus, omnium Cōfessionum fratres, Superattendentes, Seniores, Ministri, & Domini Patroni, quorum hic sunt expressa nomina, & reliqui cōgregati, sanctum Consensum ac unionem, atq; oēs istos Articulos & Cōstitutiones confirmarunt & obsignarunt deniq; Sacra Synaxi, Corpus & Sanguinem Domini simul percipientes, iis ceremoniis, quas Ecclesia Cracoviēsis in usu habet. Atq; ita in amore fraterno gaudentes & Dominum collaudantes ad suos redierunt.

Psal. LXVII.

Confirmahoc Deus, quod operatus es in nobis. Amen.

PETRI

PETRICOVEN-
SIS SYNODUS
GENERALIS,

Anno DOMINI.

M. D. LXXVIII.

Junii die I. II. & III.

S Y N O D.

Onvenerunt ex omnibus
Regni provinciis Superat-
tendentes Confessionū cum
Senioribus & numero cœ-
tu Ministrorum , Magnatum ordinis
Senatorii & Nobilium non mediocri
frequentia , Domino PETR O ZBO-
ROVIO Palatino Cracoyensi , &
Domino JACOB O NIEMOIEVIO ;
cum PAULO GILOVIO (à
Synodo delectis) potissimas
partes in regimine Syn-
odi agentibus .

C O N C L U S I O N E S
S Y N O D I C Æ :

Quia

I.

Qvia nobis relatum est, conscribi in Germania à viris doctis Harmoniam Confessionum Evangelicarum, non improbamus omnino istud cōsilium & laborem piorum hominum, nostrum Consensum Sendo-miriae factū hoc modo promovere atq; confirmare (Cor-pore Doctrinæ ex Confessionibus nostris compacto) stu-dentium. Sed postquam fuerit opus id publicatum ac ad nos perlatum, deliberabitur à nobis in alia Synodo Generali, num ei subscribere debeamus.

II.

Consensus Sandomiriensis, & cetera deinceps in Sy-nodis nostris Generalibus constituta ac recepta, summa-tum alacritate ab omnibus approbantur & confirman-tur;

III.

Disciplina Ecclesiastica ut majori sedulitate inter nos exerceatur, & in omnibus justam executionem sortia-tur, utile admodum & necessarium esse decernimus.

IV.

DE CEREMONIIS potissimum in administratiōne Cœnae Domini, exceptandū & optimum quidem esset, ut per totū Poloniæ Regnum, in omnibus Evangelicis Ec-clesias iisdem ritibus Sacra Synaxis celebraretur. Et certè non esset ea res adeò difficilis, quo ad ipsos Mini-stros & prudentiores homines illico in unam certam formam consentiremus. Sed quia vulgus ac homines simpliciores mutatione rituum offenderetur, & ad ceremo-nias sue cōsuetudini dissimiles omnino adduci nō posset:

Ac si cogerentur, eò forsitan res deveniret, ut Disciplina Ecclesiastica in eos extendenda esset. (Quâ quidem propter excernos ritus homines pios ferire, neq; Domini est voluntas, neque parioris ECCLESIAE Christianæ mos.) Proinde Ceremonias Libertati Christianæ donamus, ac permittimus, ut stantes vel genua flectentes pii Sacramentum CORPORIS ET SANGUINIS CHRISTI sumant. Sessioni verò ad Mensam DOMINI quia præter ritus in omnibus per EUROPAM Evangelicis ECCLESIIS vulgo consuetos illi inter nos primi auctores extiterunt, qui omnia temerè in Ecclesia immutantes & sine sciëtia CHRISTUM quasi imitantes, à nobis ad Arrianismum persidi transfuga facti sunt: Quare hanc proprium ipsis (ut CHRISTUM ita & Sacra ejus irreverenter tractantibus) & tanquam minus honestam ac religiosam, simplicioribusq; admodum scandalosam ceremoniam rejicimus.

V.

An ægrotis mortemq; subituris Sacra COENA sit exhibenda? Ita conclusum. DEBERE omnes Pastores docere & asuefacere auditores suos, ut quotiescumq; Mensa DOMINI pro omnibus Fidelibus in communione cœtu apparatur, ad eam singuli accedere non negligant: Adeoq; nullas dilationes facientes, nec ultimum vitæ punctum expectantes, sed corpore & animo sani sint semper, secundum mandatum Domini IESU, parati, ac usu Ministerii ejus in spe vitæ eterne confirmati. Tamen & ea in re, ut conscientius hominum non dominemur, justis de causis id petenti ægroto, qui mentis & rationis compos sit, non est denegandum; Verum dili-

diligenter & prudentissimè explorata ac erudita ipsius conscientia: & quatenus id pro circumstantia loci argumē temporis fieri potest, aliquot Fidelium collectis, & una cum agroto participantibus:

VI.

Constitutum est, ut nullus Patronus recipiat ac in Ecclesia docere patiatur ullum Ministrum, nisi qui esset a Superattendentibus ac Senioribus nostrarum Ecclesiarum legitimè ordinatus ac missus, bonumq; & certum testimonium ab iis haberet.

VII.

Siquidem unio facta est inter nos HELVETICAS AUGUSTANÆ & BOHEMICÆ Confessioni adictos, liberum erit Ecclesiæ seu Patronis cœtus unius Confessionis, justis causis ac bono ordine, a SUPERATTENDENTIBUS alteritus CONFESSIÖNIS Ministrum petere ac ad se vocare:

VIII.

Consontum est votum omnium, & res judicatur ad edificationem Ecclesie in primis necessaria, ut aliquam Generalem Scholam in Polonia habeamus, comuni largitate Dominorum Patronorum constitutam: Quod quidem se effecturos Domini, promptè promiserunt, ex proprijs bonis ad minimum à singulis rusticis suis singulos florenos conserre pollicentes:

IX.

Decimas ceteraq; bona templis dicata, Domini Patroni debent DEO, Ministris & usibus Ecclesie fideliter reddere: si conscientia & fama bona in Domo Domini frui volunt.

D

X. San-

X.

Sancitum est, ut Domini in suis ditionibus, diebus
Dominicis prohibeant Nundinas annuas & septimanales, Item, conventicula in tabernis, compotationes, alearum, chartarum, & similes varios lusus: concentus, musicorum instrumentorum usum, atq; choreas &c. Præsertim verò e tempore momento, quo concio & cultus divinus in templo peragitur.

PAULVS GILOVIUS Superattendens Confessionis Helveticæ in Districtu Cracoviensi.

ERASMUS GLICZNERUS Superattendens Ecclesiæ Confessionis Augustanæ in Majori Polonia.

JOHANNES LAURENTIUS Superattendens Fratrum Confessionis Bohemicæ in Polonia.

Psal: CXXXVIII.

DOMINE in seculum misericors, opera manus tuarum ne deferas.

W L O.

V V L O D I S L A -
VIENSIS SYNODUS
G E N E R A L I S ,

A N N O D O M I N I

M . D . LXXXIII.

Junii die XIX.

D 2 ANNO

N N O D O M I N I M . D . L X X X I I I .
A Junii die xix. hora meridiana, in-
 vocato Spiritu Sancto, factum est
 exordium Synodi Wlodislaviensis,
 cui intererant plurimi viri clarissi-
 mi, ordinis Senatorii & Equestris, ex provinciis
 Regni POLONIÆ, ac Legati ex Magno Ducatu
 Lithvaniæ &c. cum Superattendentibus, Senio-
 ribus ac Ministris septuaginta circiter. Ibiq; pri-
 mò tractata & constituta sunt ea, quæ ad bonū
 ordinem Synodi & actionum ejus pertinebant;
 cum electione personarum, quæ potissimas ne-
 gotiorum partes sustinerent.

ACTA ET CON- CLUSIONES SYNODICÆ DIE X X . &c.

I.

Prima actio erat de renovatione & confirmatione
 Consensus Sendomiriensis, inter Fratres Confessio-
 nis Bohemica, Augustana & Helvetica, ea intentione,
 ut ista Sancta Concordia inter dictas Ecclesias semel co-
 stituta, & confirmata, deinceps etiam inviolata ac in-
 tegra permaneret: Repressū maturo consilio omnibus
 technis, quibus Sathanas nequissimus glorie DEI &
 nostræ Salutis hostis, dissidiq; & tumultuum author,
 istam unionem & pacem pulcherrimam inter nos tur-
 bare niteretur. **Q**UARE ibidem personarum
 & partium quarundam acta, Consensi non penitus

congruentia spiritu mansuetudinis ac ingenuè sunt per-
pensa & correcta. Atq[ue] ita eo firmius astrictum est
vinculum pacis, ad conservationem SANCTÆ CON-
CORDIÆ, undiq[ue] ratam & inviolabilem, secundum
CONSENSUM SENDOMIRIENSEM & caterarum
Synodorum Cōstitutiones, in amore mutuo, temporibus
perpetuis.

II.

Conclusum, ut Consensus Sandomiriensis, cum Con-
signatione Posnaniensi & Actis atq[ue] Canonibus Genera-
lium Synodorum nostrarum, hujusq[ue] VVlodislaviensis,
Lingua Latina & Vernacula publicentur; Cum subscri-
ptione personarum, præsertim præcipuorum Seniorum.

III.

Constitutum, ut quilibet Minister sibi comparet ha-
beatq[ue] dictum libellum, Consensum & Consignationem
&c. complectentem: Atq[ue] ita in omnibus se gerat & cō-
cordiam theatatur: sub pœna Ecclesiastica.

IV.

De Harmonia Confessionum Evangelicarum (pio
studio & solerti labore apud Helvetios nuper edita) in
eam sententiam itum est. Siquidem nos in Polonia & Li-
thuania &c. divino favore, habemus certam Concordia
nostræ normam ac vinculum, Consensum Sandomiriien-
sem &c. quo tanquam vexillo pacis in unum Domini
exercitum conjuncti fœliciter utimur: Proinde isti Har-
monia caterisve Concordiae formulis subscribere, ac eas
in nostras Ecclesias inferre, supervacaneū esse censem⁹.

V.

Decretum est, ne quisquam audeat ullos libros proprio

arbitrio publicare. Sed illi libri, qui Generalem Ecclesie Doctrinam continent, Censura Superattendentium omnium Confessionum & Seniorum præcipuorum subjaceant. Qui verò specificum aliquid tractant, à Ministris Senioribus Districtuum examinentur.

VI.

QUOD ATTINET AD Ceremonias COENÆ DOMINI: Sententia jam olim in SENDOMIRIENSISynodo agitata, & conclusio in Generali CRACOVIENSIS atq; PETRICOVIENSE Synodo facta ac repetita, in hoc etiam WLODISLAVIENSIS Synodi Confessu approbata est: nempe, ne in usu sit sessio ad Mensam DOMINI, in ulla his bujus nostri Consensus Ecclesiis POLONIAE & LITHVANIAE &c. Nam hac ceremonia (licet cum ceteris libera) Ecclesiis Christianis & Cœtibus Evangelicis non est usitata, tantumq; infidelibus Arrianis, cum Domino pari solio sese collocantibus, propria. Cum itaque sessio potissimum occasione & malo auspicio illorum, qui miserrimè ex nobis exciderunt, & DOMINUM qui nos redemit, abnegarunt, in consuetudinem irrepit aliquot nostris Ecclesiis, rogamus & hortamur omnes istos Cœtus & Fratres nostros in Domino, ut Sessionem commutent in ceremonias nobis in Ecclesiis Evangelicis per Europam consuetas, scilicet ut administretur COENA DOMINI flantibus, vel genua flentibus (cum protestatione contra Artolatriam Papistis consuetam) Quem utrumq; ritum, prout in quibus Ecclesiis hactenus usitatus est, nobis liberum, sine scandalo & vituperatione invicem relinquimus & approbamus.

Cum

VII.

Cum multiplicata sint gravia scandala & enormia
 vitia, ebrietas, commessatio, prodigalitas, ludi alea-
 rum & chartarum, avaritia, usura, oppressio subdito-
 rum, erga proximos iniquitas non reddens cuilibet
 quod suum est, circumventiones, debitorum non solu-
 tiones, crudelitas, fastus, vestitus luxuriosus, choree,
 scortatio, maledictiones, jurgia, inimicitiae, proximo-
 rum offensiones ac homicidia: pigrities, otium & labo-
 rum ac negotiorum propriæ vocationis fuga: cultus &
 verbi Divini in Cœtibus piis levissimis de causis scanda-
 losa intermissio, Sacrae Synaxis neglectio, admonitio-
 num & Discipline contemptus: communionis idolola-
 tria & blasphemie, respectu sui sive liberorum suorum
 &c. non evitatio: quorundam etiam ab Ariolus scisci-
 ratio, & incantaticum ac ejusmodi illusionum varia-
 rumque Superstitionum usus: & his similes abomina-
 tiones ac peccata Verbo DEI contraria, & plurimum
 malis secum vehentia. Proinde conclusum est secundum
 Divina in SCRIPTURIS SACRIS decreta, &
 piarum Synodorum nostrarum Constitutiones, Disci-
 plinâ Ecclesiasticâ, debitâ gradibus, omnino & serid
 contratales (si qui in nostris cœtibus reperirentur, cu-
 juscunque sint status & conditionis) uti: cum excom-
 municatione pertinacium, ab usu COENÆ DOMINI,
 & ex Cœtu Fidelium ejectione.

VIII.

Synodum Generalem nemo indicere debet privato
 arbitrio, tantum ex communâ sententia omnium Su-

perattendentium & primariorum Dominorum Patronorum. Particulares verò liberæ sunt cuilibet Seniori in sua Diœcesi, consciis etiam Senioribus secularibus.

IX.

Omnium quidem Ministrorum ea cura esse debet, ut singuli etiam posteritatis verae Religioni prospicientes, exemplo Prophetarum, Domini ipsius & Apostolorum, habeant secum commorantes bona in dolis adolescentes, quos in usum Ecclesiae quantum possunt pane suo alant, ac doctrina & exemplis, à primis unguiculis, ad pietatem & ad labores officij informent. Maximè verò id fieri necesse est à Senioribus Ministrorum, quo etiam iij liberius domo, à sua Ecclesia ad ceteras, pro necessitate functionum suarum, proficiisci possint. Sanctum itaq; est, ut in familia cuiuslibet Senioris, unus aut duo &c. juvenes alantur, subsidio seu collecta (ut vocant) Dominorum Patronorum sui Districtus: præsertim verò, si quis Senior Minister sit fortuna tenuioris.

X.

Ut verò possit facilius & felicius conservari ac augeri seminarium Ecclesie DEI, scholis providendo, idoneos juvenes educando, ipsisq; ad literas colendas sumptus largiendo; obtulerunt jampridem ea in re prompta suam voluntatem Domini Patroni. Ac superioribus temporibus in quibusdam Synodis ultro ab ipsis conclusum est, ut quilibet Dominus, ab unoquoc; suo ruricola seu rustico agrum habente, det una vice florenos singulos, ut ex ea summa collecta in usum discentium, quotannis justis modis proventus suppeteret. Quare serio rogat & obtestatur Synodus, oës Dominos Patronos in Regno Polo-

Poloniae & Magno Ducatu Lithuaniae &c. ut tandem Collectas, ad erectionem & subsidium scholarum memoratosque usus, conserre dignentur. Aequum enim & dignum est, ut qui ex manu DEI omnia ad dispensandum sibi commissa habent, ad promovendam gloriam ipsius non sint ignavi, præpostera ac sordida parsimonia ne peccent, Deumque ad iram & vindictam non provocet; Et qui cives Ecclesiæ præcipui sunt, ac in ea fructu Ministerij CHRISTI utuntur, sine Ecclesiæ (quod sibi Deus olim per prophetam de ipsis promisit) nutritores; at que cum reliquis etiam tenacioris sortis hominibus, in re ad omnes spectante, perse ac adversus impetum scandalorum admodum necessaria, paronus ferant. Alijs in hoc negotio negligentes, duri, ac inverecundi, justissime castigari deberent disciplina Ecclesiastica, quolibet Ministro eam sine adulazione erga suas oviculas fideliter exercente.

XI.

Sic ubi sit Minister, emeritus miles, annis aut ægritudine confessus, ac ad sustinendos Ministerij labores impar, constitutum est, ut ratione talium Ministrorum fiant Collectæ quotannis in Synodis particularibus, ac in manus eorum fideliter reddantur.

XII.

Ordinatio Ministrorum & missio in certa loca, ad operandum in vinea DOMINI, commissa est Superattendentibus & Collegis eorum Ministris Senioribus.

Quod verò ad victimum & cetera Ministris necessaria pertinet, id Domini Patroni præstare, Senioresq; Spirituales & Seculares pariter curare debent.

HIS ITA PIA CONSULTATIONE CONSTITUTIS, & vigore Generalis Synodi decretis, confirmata Sancta Concordia & pace, ac mutuo amore aucto, Principi Pastorum Domino IESV cum PATRE & SPIRITU SANCTO super omnia Benedicto DEO, laeti gratias egimus. Et Seniores ad id à Synodo deputati, nomine totius Synodi manibus proprijs subscripsimus.

Confirmahoc Deus, quod operatus es in nobis.
AMEN.

JOHANNES LORENTIUS Senior & Superattendens Ecclesiaz Confessionis Fratrum Bohemorum in Polonia, suo & Fratrum nomine subscripsit.

PAULUS GILOVIUS Superattendens Ecclesiarum Confessionis Helveticæ reformatarum, in Districtu Cracoviensi &c. suo & Fratrum suorum nomine subscripsit.

ERASMUS GLICZNER Superattendens Ecclesiae DEI Confessionis Augustanæ in majori Polonia, suo & Fratrum suorum nomine subscripsit.

BARTHOLOMEUS CROSIUS Minister verbi DEI, & earum Ecclesiarum ibidem Senior subscripsit.

JOHANNES ROKITA Litomisliensis, Senior in Districtu Calissiensi, & Pastor Ecclesiaz Cosmingensis subscribo.

SIMEON THEOPHILUS TURNOVIUS, Senior Fratrum in Districtu Siradiensi, Pastor Ecclesiaz orthodoxe Luthonairsei, Notarius Synodi, M. P. subscribo.

JACOBUS LASZKO VVUSKI, Nuncius Do-
mine-

minorum Patronorum Ecclesiæ Fratrum ex Majori Po-
lonia M. P.

STANISLAUS Comes à GORKA Palatinus
Posnaniensis, manu propria subscribo.

Psal:XLVII. & LXVII.

*Exultatio univerſa Terra Mons Sion, latera Aquilonis,
civitas REGIS MAGNI.*

*IEHOVAH Exercituum, disperde Gentes (et mem-
tes) qua bella volunt.*

16713

o*incisio in eum quod est in libro de laudibus et
misericordiis eius. Et hoc quod dicitur in libro
de laudibus et misericordiis eius. Et hoc quod dicitur in libro
de laudibus et misericordiis eius.*

111VZ:13.47. IX:111

Amplius plena sententia. Quod dicitur in libro de laudibus et
misericordiis eius. Et hoc quod dicitur in libro de laudibus et
misericordiis eius. Et hoc quod dicitur in libro de laudibus et
misericordiis eius.

S

VIACTA IM
ET
CONCLUSIONES
SYNODI GENE-
RALIS
TORVNIENSIS.
ANNO DOMINI
M. D. LXXXV.
MENSE AUGUSTO.

M I C H E Æ IV.
vers. V.

Omnis populi ambulant, quisque in nomine
Dei sui: nos autem ambulabimus in no-
mine Iehovæ Dei nostri in seculum
& in eternum.

TORU-

59

TORUNIENSIS SYNODI GENERALIS ACTA ET CONCLU- siones.



NNO DOMINI M.D.XCV. die
XXI. Augusti, in nomine Domini ce-
lebrata est Generalis Synodus EVAN-
GELICORUM, Torunii, ad quam
maxima frequentia ex omnibus am-
plissimi Poloniae regni provinciis convenere, cuiusvis
ordinis, status, & dignitatis viri Christiani, Senatores
Regni, Officiarij, Equites, Cives, Superattendentes,
Seniores, & Ministri Ecclesiarum Christi. Præterea
multæ insignes legationes hinc inde ad eandem Syno-
dum missæ, cum literis & commendatione fraternali a-
moris, nec non promptitudinis animi in recipiendis &
amplectendis ijs omnibus, quæ in hac Generali Synodo ex-
Verbo DEI, juxta priorum Synodorum Decreta con-
cordib. suffragiis sancita essent. Quarū ha p̄cipue fuere.

PRIMA ex magno Ducatu Lithuania à Synodo Vil-
nensi, cum subscriptione multorum Magnatum solen-
niter adornata, & Legatis viris lectissimis, tam Mini-
stris, quam Secularibus commissa.

ALTERA ab Illustr. Domino Constantino DUCE
ab Ostrog Palatino Kijoviensi, Grace Religioni addicto,
officia amicitiae Ecclesiæ Evangelicis offerente, & cum ijs
nomine suo ac suorū conjunctionē in vera Religione ex-
petente, satis honorifice missa, & per Legatū præsentē
Dominum CASPARUM Luszkiowium expedita.

Tertia

Tertia à nobilitate Russie, Volinia aliarumq; prævinciarum, quæ Græcam religionem & ritus amplectuntur. Quarta ab Evangelicis Palatinatus Russie, ex Synodo particulari Prochnicensi missa. Quinta a Palatinatu Sendomiria ex Synodo item Districtuali Ivaniscensi instituta. Simul etiam ex Districtu Chencimensi Legati, cum Politici, tūm Ecclesiastici, Viri præstantes advenere. Sexta ex Districtu Zatoriensi, & Osiecimensi, à Superattendente loci & præcipuis Patronis missa. Septima ab Illustri & Magnifice Domino Stanislao Gostomski de Lezenice Palatino Rævensi, Capitaneo Radomiensi. Octava ab Illustri & Magnifice Domino Christophoro Zezovicio, Palatino Brestensi in Lithuania. Nonab Illustri & Magnifice Domino Nicolao Monuid, Palatino Polocensi. Decima ab Illustri & Magnifice Domino Alexandro Prunski, Castellano Trocensi. Undecima à Magnifice Domino NICOLAO Comite ab OSTROROGE ex Russia. Aderant & ex Civitatibus Borussiae Viri spectabiles, & aliorum præstantium virorum, quos fama istius Synodi accenderat, numerus ingens.

Duravit hac Synodus dies sex, nimirum à XXI. Augusti usq; ad XXVII. ejusdem Mensis. Ubi primum invocato Spiritus Sancti auxilio quotidie manè in templo D. Virginis, preces publicæ cum jejunio atq; Concessiones & Exhortationes ad amorem Christi & sanctam concordiam ac pietatem à primarijs Ministris sunt habitate.

Ac prima quidem die, id est, XXI. Augusti, cum

non-

nondum omnes, præsertim quibus iter longum erat conficiendum, in civitatem advenissent, coactus Dominis Patronis & Ministris in templum, actum fuit de diligendis hujus frequentissima SYNODI præsidibus, qui eam ita moderarentur, ut omnia graviter, ordine, honeste, & sine ulla confusione fierent. Ac communis omnium suffragio Directores Synodi nominati sunt, ex Politicis, Magnificus Dominus Sylvestroslaus Orzelski ab Orle, Capitaneus Radziejoviensis, & Magnificus Dominus Andreas Rzeczycki, Succamerarius Lublinensis. Ex Ecclesiastitis autem regimen & ordinis cursus incumbebat Superattendentibus primariis, Domine Erasmo Glicznero, Domino Simeoni Th. Turnovio, Domino Francisco Iezierscio. Ibidem etiam electus est in Notarium Synodi publicum Danie Mikolajevvski, Orthodoxæ Radziejoviensis Ecclesiæ Pastor, cui ex Politicis adjunctus est Dominus CHRISTOPHORUS PAVLOVVSKI: Horum munus erat, literas aperire, legere, respondere, acta Synodi ordine excipere, ac in omnibus Dominis Directoribus præfesse.

Sequente die XXII. Augusti à concione & precibus exceptæ sunt & auditæ legationes ex variis Regni provinciis: ubi etiam Legatus Sacrae Regiae Majestatis Magnificus Dominus Stanislaus Bykovvski Castellanus Lenciciensis, & una cum eo aliis auditæ fuere.

Postea Propositio Synodi bipartita, clare in templo à Magnifico Domino Directore proposita fuit: agendum nimirum nobis, divino favente Numine, de duobus.

I. De consensu in Ecclesiis nostris

E

reno-

renovando, stabiliendo, & confirmando: bono
ordine in cœtibus conservando: nec non de di-
sciplina Ecclesiastica restauranda, & scandalis,
si quæ sunt, extirpandis. II. De oppres-
sionibus, injuriis, & contumeliis, quibus E C-
CLESIA DEI in hoc Regno nuper quorun-
dam extraneorum operâ gravissimè divexati
cœpit, ubi & quomodo liberatio ab iis nobis
petenda & postulanda esset. Hac fuit propo-
sitio.

Et cœptum est hoc die aliquid agi, de priore ejus
parte, ac prælectus est publicè Consensus Sandomi-
riensis, una cum aliarum SYNODEORUM De-
cretis.

Die XXIII. Augusti, reliquæ Provinciarum Lega-
tiones auditæ; Magnifico Domino Castellano Lencinen-
si responsum datum. Adhac Reverendissimi Do-
mini Episcopi Cujaviensis, ex tractu Dobrzynensi &
Pomeraniensi: & ex Palatinatu Plocensi Legati, rum
admissi auditique, tum cum sufficiente responso di-
missi sunt. Dein examen institutum fuit in eos,
qui consensum nostrum violare aut ei refragari vide-
rentur, & ordine Ministri circiter Septuaginta suffra-
gia sua de Confessionibus, & Consensu Sandomiriensi
liberrimè proposuerunt, & concluserunt: tres fidei
Confessiones, Augustanam, Bohemicam, & Helveti-
cam, in primariis doctrina capitibus, De Sacra Scri-
ptura, De D E O Vero, De persona Filii D E I
Θεοντρόπις, De providentia D E I, De Peccato, De
Libero arbitrio, De Lege, De Evangelio, De
Justis.

Justificatione per CHRISTUM, De Fide, De Regeneratione, De Ecclesia CATHOLICA ejusque unico & supremo capite CHRISTO, De Sacramentis eorumque numero, fine & usu, De statu animarum post mortem, De Resurrectione & vita aeterna, convenire. In reliquis autem, in quibus discrepare illae videntur, prasertim in articulo de COENA DOMINI, nobis Consensum Sendomiriensem medicinam asserre, nosque invicem nobiscum conglutinare, ac ab omnibus hereticis, sectariis, & blasphemis idololatris, Orthodoxam & Apostolicam fidem adulterantibus sejungere. Ibidem etiam actum est, de conservanda & tuenda puritate doctrinae de Deo, ejus essentia, & personis, propter eos, qui à voce Trinitatis abhorrent: & decretum, ut, qui ea voce ura nollent, tanquam de fide suspecti ex cætu nostro Evangelico excludantur.

Die XXIV. quæ fuit Divi Bartholomeo sacra (& ob proditoriam illam ac nefandam lanienam Parisiensem, in nuptiis REGIS Navarræi hoc die Anno DOMINI. M. D. LXXII. à Pontificiis perpetrata, valde est memorabilis) post absoluta Divina Officia, partim actum fuit, publicè & privatim cum eo qui Consensiū restabat, & concordiam cum ceteris Ecclesiis favere solebat: partim consultabatur de disciplina restauranda, de ordine bono & honesto in Ecclesiis, de refrenanda quorundam viciainhonestia, de Ministris erronibus non recipiendis, nec admittendis: & de excommunicandis

ij̄s, qui Consensui subscribere nollent. Cœptæ etiam sunt prælegi hoc die conclusiones Synodicae, & ab omnibus liberè examinata, & alia ad bonum Ecclesiæ regimē spectantia, usq; ad vesperam tractata sunt.

Die XXV. Augusti, quod restabat ex prima propositione, de Consensu, ordine Ecclesiastico, & coercendis turbatoribus Ecclesiarum, ante meridiem absolutum fuit.

Postea ad alteram propositionem transitione facta, variis ex omnibus Regni partibus & provinciis, varias injurias, contumelias, oppressiones, & molestias, quas Religionis CHRISTIANÆ causa paterentur, coram exposuerunt, & de ijs conquesti sunt. Ac repertæ sunt circiter quadraginta notoriae injuriæ, que passim cum publicè, tūm privatum, cum Nobilibus, tūm Ministris, Civibus, & Plebejis quibusvis, potissimum à Clero Pontificio, & ei adhaerentibus ac temere morem gerentibus, contra omne Jus & equum, cōtra libertates Patrias, & contrā CONFEDERATIONEM, communī omnium Regni ordinum approbatione sancitam receperantque, & Sacrae Regiae Majestatis Clementissimi Domini nostri juramento confirmatam, impunè inseruntur.

Tandem post longam illam injuriarum, despiciuum, & violentiarum, non sine magna omnium commiseratione, & afflictæ sortis Ecclesiæ deploratione, factam enumerationem, unanimi Ministrorum & Patronorum sententia, hæc proposita & comprobata sunt. In his ipsis angustiis & doloribus multis etiamnum per DEI gratiam restare, quæ nos consolentur & erigant.

Velut;

Veluti primū, Veritatis Evangelicæ & salutis nostra in C R I S T O certitudinem, quæ inde quoque evincitur, quod propter eam à mūdo, cui semper veritas peregrina est, & qui D E O ejusque Verbo ubique resistere solet, persecutionem patiamur, juxta prædictionem C H R I S T I Domini: Eritis exosi omnibus propter nomen meum. Matth. X. versu. XXII.

Deinde, Eſſe nobis ſolatio patientiam, per quam poſſidemus animas noſtras. Lucae XXXI, verſu XI X. & modetiam, quæ vel ipſis hoſtibus innoſecat, eoque ad moderatiora conſilia fleſcat. Necesse igitur eſſe, nos adverſariiſ judicio D E I commiſſis, patiendo ad victoriā contendere, eo quod dicat Dominus, eum demum ſerva-rum iri, qui ſuſtinuerit uſque ad finem. Et ſicut memoriaque dignum eſſe illud L A C T A N T I I: Defen- denda R E L I G I O eſt, non occidendo ſed moriendō, non ſævitia ſed patientia, non ſcelere ſed F I D E; illa enim bonorum ſunt, hæc malorum. Lib. V. de Juſtitia Cap. XIX. Tertio, Non dū nos (D E O fit gratia) ſub Serenissimorum R E G U M noſtrorum baſtēnus juſto & clementi regimine eō eſſe redactos, ut ab adverſariis nullo negotio opprimi, ac omnibus libertati- bus per vim exui poſſimus: ſed reſtare ſpem bonam de aequitate & prudentia S E R E N I S S I M I R E G I S noſtri, & de mutua benevolentia gentilium noſtrorum, diuersam Religionem Romanam ſequentium, Gallicasq, Ianiennas exhorſcentium: ſi modo iis iſta principia ma- la, & gravamina, quæ jam patimur, liquido innoſecat, ut ſub noſtra oppressione ſuarum etiam libertatiū ever- ſionem, & pacis publicae amiſionem, latere & pericli-

zari sentiant. Præterea esse in omnibus R E G N I provinciis , Ducatibus , Palatinatibus , & Civitatibus , multo plures quam vulgo existimatur , veros Christianos , quos non pudet Evangelii C H R I S T I , quorum confessione , constantia , zelo , & in afferenda V E R I T A T E invicta promptitudine , nos animari & excitari par sit , ut non quavis persecutionum procella , nos à V E R I T A T E in transversum rapi simamus , sed armati F I D E , ac nova vita exornati , conjunctis animis , gloriam D E I promoteamus , E C C L E S I A ædificatio ni incumbamus , & in Orationibus , Jejuniis , & placando irato D E O , simus assidui . Postremo , ab ipso etiam jure communi , & libertatibus , quibus D E I dono æque ut adversarii nostri gaudemus , modum nobis ex his immensis malis evadendi , monstrari & porrigi : ut nimirum S A C R A E REGIAE M A J E S T A T I S , que inter dissidentes de R E L I G I O N E pacem se velle tueri , ac ab omni oppressione quosvis immunes praestare jurejurando adstrinxit , auxilium humillimè imploremus , & defensionem , expositis tam gravibus & penè intollerabilibus injuriis , obnoxie petamus : imò & Frazribus sanguinis nostri , inter quos plurimi sunt candidi , conscientia bona , & pacis ac publicæ tranquillitatis amantes , idem in publicis R E G N I conventibus exponamus , nosque ipsorum suffragiis & opera , contra sanguinolenta Cleri , præsertim externorum hominum consilia , adjuvari petamus . Cumprimis autem à D O M I N O N O S T R O JESU C H R I S T O ,
enjus

eujs veritas in nostris personis oppugnatur, ut E C-
CLESIAM suam servet, errores reprimat, & causam
suam potenter judicet, supplicibus votis exposcendum,
& orandum, ut nos custodiat, donec ex hac militia, in
portum aeternae quietis, transferamur.

Tandem XXVI. Augusti, primū omnium infra-
scripti Canones Synodi Toruniensis, publicè lecti,
correcti, & omnium calculis, nemine refragante, re-
cepti & confirmati sunt. Deinde delecti Legati,
tum ad Sacram Regiam Majestatem, tum ad alia loca,
& illustres personas, ac futuros conventus REGNI
& Magni Ducatus, & responsa data, ad literas eorum,
qui LEGATIONEM ad SYNODUM instituerant.

Terzo, delecti etiam sunt Seniores Generales P O-
LITICI ECCLESIARUM Orthodoxarum, ad
quos ea, quæ ad bonum & pacem Ecclesie procuran-
dam faciunt, in primis referuntur, & ab iisdem cum
Superattendentibus, de necessitate, tempore, & loco
Synodorum Generalium deliberaretur & statue-
retur.

His absolutis & conclusione Synodi facta à Super-
attendente Domino Simeone, Magnificis Dominis
Patronis, & toti Nobilium ordini, pro hoc labore Ec-
clesiae impenso sunt acta gratiae, cum seria admo-
nitione & obtestatione ad amorem fraternum, ad
pietatem, & disciplinæ sanctæ omniumque jam recte
constitutorum & autoritate Synodorum approbato-
rum observationem, tam Ministris quam Patronis
coram severo Dei judicio rationem reddituris, ne-
cessariam. Deinde vicissim Domini Patroni,

Spectabili Senatui & Civibus Torunienibus pro confessis commodis hospitiis & templo, honorificè per Magnificum Dominum Directorem, gratiam habuerunt.
Et postremo admonitione ad preces & gratitudinem erga Deum pro tanto beneficio, quo nos in hac Synodo afficeret, & omnia adoptatum finē pro nominis sui gloria deducere dignatus est, à Domino Francisco Jezierscio in Auditoria, & à Domino Erasmo Glicznero in templo præmissa, ab omnibus dehinc primò decantatus est Psalmus LX XXIV. Quam dilecta tabernacula tua Domine! deinde Canticum illud Ambrosii, Te Deū laudamus. Atq[ue] ita propitio DEO nostro colophon huic Generali & amplissimæ SYNODO TORUNIENSI feliciter, cum magna omnium piorum latitia, est impositus.

TORU-

TORUNIENSIS SYNODI GENERALIS.

ANNO DOMINI M.D.XCV.DIE XXI.

Auguste celebratae CANONES.

I.

ON SENSEM nostrum Evangelicum Sendomiriae Anno Domini M.D.LXX. institutum, & eodem anno consignatione Posnaniensi illustratum. ac postea Generalibus Synodis, Cracoviensi, Petricoviensi, & Włodislaviensi auctum stabilitumque, prout ista in exemplari Torunii Latine & Polonice Anno Domini M.D.LXXXII. excuso continetur: universi hac nostra Generali Toruniensi Synodo comprobamus confirmamusque, & contra adversarios, qui tam verbis quam scriptis haec tenus discordiam & fictum Consensum nobis Evangelicis objectare ausi sunt, hunc verū consensum sincere nos amplecti & fovere, atq; secundum eum in sancta concordia verè coniunctos esse protestamur.

II.

Quilibet Minister Evangelicus in Regno Poloniae & Magno Ducatu Litvaniæ ac cæteris Provinciis adjunctis, tenebitur hunc Consensum (cui hos quoq; Synodi Toruniensis Canones incorporamus) non tantum habere & legere, sed etiam ex praescripto illius, & Canonum

in eo expressorum, tūm ipse agere, tūm cōtum
sibi commissum gubernare.

III.

In Synodis particularibus, & cōtibus frequentioribus, quales solent haberi in fériis Paschalibus, aut alio quovis ad id accommodato tempore, ad minimum semel quotannis libellus iste Consensus cum Synodis Generalibus in eo contentis prælegatur, & juxta illum examen Fratrum & membrorum Ecclesiæ D E I instituatur: quique aliqua in re deliquisse deprehensi fuerint, corrigantur, & in reos fiat executio disciplinæ.

IV.

Nullus Superattendens, aut Senior, quemquam ad Ministerium & munus pastorale mittere, aut Patronus quisquam, sive cōtus noster, pro Ministro recipere audeat, nisi eum, qui sit ritè ordinatus, & certum habeat testimonium, Consensuque subscribat, & secundum eum sefegerat.

V.

Quilibet Superattendens sive etiam Senior Districtus, habeat librum Consensus ad id paratum, in quo & ipse nomen suum propriam manu adscribat, & omnes Ministros ad inspectionem suam pertinentes, subscriptos habeat. Quod quidem illico post hanc Synodus facere debent, & imposterum semper in missione Ministerorum idem observabunt.

Arti-

VI.

Articulum octavum Consignationis Posnaniensis ad executionem deducendo, ita consiliuimus, ut tres Superattēdentes, tempore & loco alternatim indicto, quotannis, una cum primario Seniore Magni Ducatus Litvaniæ in unum conveniant, propter communicāda consilia de negotiis Ecclesiæ D E I. Tum etiam juxta veterum consuetudinem, tenentur Comitiis interesse, aut saltem aliquem in locū suum cum instructione mittere, propter conferendas sententias de rebus necessariis, & propter indictiones Generalis S Y N O D I, una cum primariis Dominis P A T R O N I S, prout res postulaverit.

DE DISCIPLINA.

VII.

Contra pertinaces Legis Divinæ, decretorum verbi ejus, & omnium Canonum Synodorum nostrarum Generalium, in libro Cōsensus contentarum, transgressores, hujusmodi disciplina à majoribus nostris in Generali Cracoviensi Synodo instituta est: ut Minister & munere Ministerii, & loco privetur; Patronus vero, ut Ministro multetur, & contra ejusmodi excommunicatio vibretur. Hujus tamen Sanctæ disciplinæ ordinem juxta doctrinam Filii D E I & Apostolorum ejus, ita illustramus.

P R I.

PRIMUM, ut quicunq; in doctrina Evāgelii Dei, nobiscum nō cōsentiat, & qui idololatriam aut hæresia amplectatur, denique qui concordiam nostram dirimat, neque Consensum nobiscum retinere velit, p̄c̄nam superius descriptam, sine ulla dilatione re ipsa sustineat.

Qui vero in vita sua committat peccata à D e o prohibita, quæ sunt specificè enumerata in Cō-signatione Posnaniensi articulo X. & in Cracoviensi Synodo, quibusdam in locis, item in Wla-dislaviensi articulo VII. is post unam & alteram admonitionem & reprehensionem, ab usu Sacramenti arceatur: quod si non resipuerit, publicè in suo cōetu excommunicetur. Minister, qui officio suo juxta Canones Synodales, aliqua in re nō defungatur, aut disciplinā nō exerceat, ac multo magis, si offendiculum aliquod præbeat, post unā & alterā admonitionem, à Superattēdente & Seniorib. ab officio usq; ad Synodus Districtualem suspendatur. Patrio-nus sive auditor, si sit vitiis deditus, & officio suo in Canonibus Synodalibus descripto desit, post admonitionem Ministri & Seniorū secularium, ab usu Cœnæ Dominicæ removeatur, quo usq; in Synodo Districtus sui reddet rationem,

Quicunq; vero Sacra C O M M U N I O N E , & usu C O N ē D O M I N I C ē , sine justis causis, & sentētia MINISTRI sui non requisita abstineat, post tertiam, aut sane per decursum unius anni, Sacræ communionis neglectionem, publicè in cōetu,

aut

aut in Synodo, juxta modum consuetum disciplinæ sacræ excommunicetur. Eidem pœnæ subjaceant, qui cœtus sacros, audiendi Verbi Dei gratia cogi solitos, prorsus negligunt.

Item: Quicunq; contra articulos præteriorum Synodorum filios suos in Scholas & Academias Arrianicas, & alias, in quibus sincera Evangelii Domini doctrina non traditur, tam intra quam extra regnum mittat, publicè à Cœnæ Dominiæ usu & communione Ecclesiæ Dei excludatur. Et si quis nunc in iis Scholis liberos suos habet, intra duodecim Septimanas ab hoc Synodo Toruniensi, eos inde abducere debet, idque sub pœna nominata. Libros itidem Arriano-rem, nemo ex fratribus nostris citra Cōsensum Ministri, in æde recipere, aut lectioni eorum occupari debet. Ad extremum, quicunq; in Ecclesiis nostris Evangelicis noluerit uti voce ista, SANCTA TRINITAS, eum tanquam suspe-ctum, quod nō sit recte fundatus in fide de Deo Patre Filio & Spiritu Sancto, è cœtu nostro excludimus.

In his ergo omnibus disciplinæ gradibus in-hærētes prioribus Synodis, Superattendentum, Seniorum, Patronorum & Ministrorum fidem & conscientiam obligamus, ut hanc sanctam disciplinam ex officio suo re ipsa exequantur, veritate & ipsi tūm censuras Ecclesiasticas, tūm vero horrendas judicii divini pœnas incur-rant.

SUM

S U M M A T I M autem de disciplina hanc conclusionem facimus. Si quis reperiatur, qui contra officia Christianitatis suæ peccet, aut negligens & remissus, tam in vocatione sua, quam in disciplina exequenda deprehendatur: tunc ut contra auditorem suum Minister, ita contrâ Ministrum S U P E R A T T E N D E N S cum Senioribus, ex disciplina, juxta Canones Synodales aget.. Interim in gravioribus negotiis, salva cuique manebit provocatio ad Synodum districtualem. Superattendens autem Seniores & Patroni in Synodo Districtus (citati à Delatore duabus ad minimū ante Synodum septimanis) ut de criminе, ita de neglectu officii & executionis disciplinæ justificare se, & disciplinæ ipsi quoq; subjacerē debebunt.

VIII.

Declarando decimum tertium Consignationis Articulum, sic sentimus : Oviculas Christi, nulli^m Ministri dominio & jugo ita subiici debere, ut justis intercedentibus causis & circumstantiis, non liceat ipsis alterius cœtus & ordinis Ministrorum opera uti: verbi gratia, ratione habita circumstantiæ loci & propinquitatem templi, & in similibus occasionibus, æquisq; rationibus & causis. Quod si vero aliqui auditores scandala excitantes, & impiè viventes, offensi disciplina & reprehensione proptii Pastoris, ab eo secedere, & alterius Pastoris, majoris licentiæ & impunitatis peccandi causa, curæ

se

se committere velint: hujusmodi, nulla ratione alterius cœtus Minister recipere debet, præsertim si ea de re à proprio illarum ovium Ministro admoneatur. Porro, in talibus negotiis necessaria sunt Ministrorum colloquia, & sincerae de his consiliorum communicationes.

IX.

Nullus Minister & Senior Spiritualis, adolescentes, alumnos, & personas qualescunq; promotas à Ministris aliorum cœtuum, ad se recipiat, præterquam si honestæ suæ dimissionis & libertatis à propriis Ministris testimonium & literas fide dignas habeant & ostendant. Qui secus faxit, ipso facto poena in Cracoviensi Synodo expressa tenebitur. Tali enim transfugorum receptione, everteretur disciplina & bona educatio, ac probatio juvenibus & inexploratis hominib. admodum necessaria, quam plerunque improbi & impii alumni declinare, & cotam ea fugere solent.

X.

In inductione Generalium Synodorum, non videtur æquum, ut semper omnium Superattendentium subscriptiones requirantur, præsertim si qui negligentes officium suum, nobiscum cōventibus regni publicis nō intersint, nec quenquam in locum suum mittant, aut ad extremum hac de rectiores facti, rem silentio involvant: tales enim in eo passu suffragium suum amittunt. Idem judicandum, si

si quis Superattendentum aliqua in re conscientius sibi sit criminis, & cognitionē Synodi metuat. Is enim proculdubio nunquam in Generalem SYNODUM consentiret; adeoq; ea nunquam à nobis celebrari posset. Atque hæc est declaratio articuli Synodi Wladislaviensis octavi.

D E S C H O L I S .

XI.

Una Schola Generalis debet constitui in meditullio regni, in loco apto. In districtibus quoque, prout primariæ, ita & particularibus Scholis, à cœtibus diligenter provideri debet.

XII.

Collecta ad foyendas Scholas secundum Petricoviësis Synodi Canonem VIII. itē Wladislaviensis Synodi Canonē X. ab omnibus Patronis ex propria ipsorum arca, pro conscientia cuiusq; conferatur: ut dent à singulis rusticis agrum excolentibus, singulos florenos, qualescunq; fundos & tenutas habuerint: ab aulicis autē & conductorum agriculturarum aratris in duplo, vide licet florenos binos: eamque pecuniā intra tempus, quod ad Calendas Januarii anni sequētis intercedit, reddant singuli collectoribus ad id in Districtibus deputatis. Hęc autem pecunia debet asservari in certo loco proprii Districtus, ita ut aliquod ex ea emolumētum cedat, quod communiter constitutum fuerit. Illud autem converti debet, primum ad Generalem Scholam, deinde ad particulares, quæ aliunde pro-

provisionem habere nequeunt; & ad alias necessitates Ecclesiae DEI, Ratio autem hujus Collectae reddi debet, in Synodo Districtuali. Quod si quis absentium hanc Collectam dare renuat, Domini Seniores & Ministri, quilibet suas ovi culas ad hoc officium gloriae DEI & ædificationi Ecclesiae admodum utile hortari & incitare tenebuntur.

XIII.

Dominorum Seniorum Secularium hoc quoque est munus & proprium officium, ut inter fratres negocia, & facta devia, exhortationibus suis refrenent, ad ordinem rectum in omni re bona, & ad pietatem deducant, & inserviant; iurgiis & litibus obviam eant; dissidia & controversias inter Fratres dijudicent & componant; ac pro viribus pacem & charitatem inter domesticos fideli foveant; in id incumbentes, ut quilibet Frater Christianus, primum Deo, deinde & proximo, in omnibus officium debitum praestet: & quantum fieri potest, ne per citationes ad jus & subsellia judiciorum mundanorum prodeat, juxta apertum haec de re Spiritus Sancti decretum I. Cor. VI. vers. I. Quod si vero intercedentibus causis inevitabilibus, ad citationes & processum juris, alicui ex fratribus, potissimum autem miseris orphanis, res devenerit, proprium est D. Seniorum, talibus consilium suppeditare, & modum monstrare, ut quam rectissime hujusmodi actiones, sine conscientiae vulnere, & damno

F ac

ac jactura sua , possint expedire .

XIV.

Debent etiam Domini Seniores Seculares diligenter intueri, quomodo se quisq; in officio & vocatione sua Christiana gerat, & delinquentem ac etiā post unam & alterā admonitionem obstinatū Fratrem deferre ad Pastorem ut super eum rigor disciplinæ extēdatur: peculiariter vero, si deprehendatur aliquis Frater, cuiuscunq; status & vocationis, à pecunia mutuo data pecuniam vel fœnus verbo D E I prohibitum aut usurram (quocunq; nomine appelletur) accipere, & privatus privatum depeculari. Talis, si aliquoties ab iis & pastore monitus non tamē desistat, publicè in cœtu, aut in Synodo excludatur. Idem sentiendum dehis qui impudicè lascivia sua, aut simili peccati genere, offendicula in Ecclesia faciunt.

XV.

Considerantes istud quām in māla & periculosa devenerimus tempora, & quā toti Christianitati , ferulæ iræ Divinę immineant, denique quantas cœtus fidelium Christi oppressionum & persecutionum angustias sustineat, animadvertisimus rem apprimē esse necessariam, ut iram Dei publicis precibus , cū jejunis & maceratione corporum in conspectu Domini concorditer omnes in omnibus Ecclesiis nostris Evangelicis, temporibus & diebus certis placare studeamus. Ut vero ad hanc rem nova non quæramus tem-

tempora, dies consuetos, quos vulgo Angaria vocant, hujusmodi jejuniis & precibus publicis, quater in anno, dicamus. Interea tamē aliis quoque quā creberrimis jejuniis, tām publicis Ecclesiarum, quām privatis quorumvis fidelium, viam præclusā nolumus; quin potius ad ea exhortamur & incitamus.

XVI.

Domini Patroni, præcipue autem Seniores, sedulam operā dabunt, ut Sacré Āedes seu Tempa, in quibus cultus divinus peragitur, non defolentur, sed diligenter restaurentur, & accurate ornentur, citra tamen ejusmodi ornatū, qui ullā idololatriæ speciem resipiat aut præ se ferat.

XVII.

Domini P A T R O N I in quolibet cœtu, in duas partes nominatim divisi, omnes cujē s̄que partis alternatim (relictā tamen singulis alterius quoq; partis veniendi libertate) ad conventus necessarios sistere se debent, sub censura Ecclesiastica.

XVIII.

De Ceremoniis interea temporis Cōclusio-nes præteritarum Synodorum nō immutamus, sed cuiilibet cœtui consuetas pro libertate Chri-stiana relinquimus: & an eæ in vnam eandemq; formam redigi queant, ad futuræ Generalis Synodi deliberationem rejicimus.

Finis Canonum.

Quod si quis videtur contentiousus esse, nos ejusmodi consuetudinem non habemus, neque Ecclesiæ Dei.

A U G U S T I N U S
TOMO II. EPIST. LXXXVI.
AD CASULANUM PRESBY-
TERUM.

Sit ergo una fides universæ, quæ ubique dilatatur Ecclesiæ, tanquam intus in membris: et iam si ipsa fidei unitas, quibusdam diversis observationibus celebratur, quibus nullo modo, quod in fide verum, impeditur. Omnis enim pulchritudo filiæ regis intrinsecus. Illæ autem observationes, quæ variæ celebrantur, in ejus veste intel-

telliguntur, unde illi dicitur:
 In fimbriis aureis circumamiciata varietate (Psal. XLIV.) Sed ea quoque vestis ita diversis celebrationibus varietur, ut non adversis contentionibus dissipetur.

MINISTRI ECCLESIARUM QUI IN SYNODO TORUNIENSIA DEDICANT.

ERASMVS Gliczner, Ecclesiæ DEI Confessioni AUGUSTANÆ in majori Polonia Superattendens, suo & fratrum suorum nomine subscripsit.

Simeon Theophil. Turnovius, Ecclesiarum Orthodoxarum Confessionis BOHEMICÆ in Majori Polonia Superattendens, Præpositus Ostrorogensis, suo & fratrum suorum nomine manu propria subscripsit.

Franciscus Iezeritus Superattendens Ecclesiarum Confessionis HELVETICÆ in Minoru Polonia, suo & fratrum suorum nomine subscripsit manu propria.

Andreas Chrzaſtovvski, Minister sancti Evangelii in Litvania, Consensum pium approbans, meo & fratrum nomine subscribo.

Jacobus Popovvski, Minister sancti Evangelii, con-

sensem pium approbans, meo & fratum in Litvaniæ cœtibus nomine subscribo.

Philippus Bochovicz Cracoviensis, Minister Verbi DEI Kordanovv, Senior Russiæ albæ, ab Ecclesiis Litvanicis legatus, manu propria subscribo.

Matthias Bancovius, Minister Verbi DEI Serciensis, Senior Districtus Novogrodensis, manu propria subscribo.

Johannes Lucinius, Minister Chleboviensis, Senior Transvienensis, ab Ecclesiis Litvanicis Legatus, manu propria.

Stanislaus Minuidius, Minister CHRISTI Neapol. upithæ, ex Litvania Legatus, manu propria.

Georgius Plotkovvski, Pastor ECCLESIAE VVizanensis in Litvania, manu propria subscribo.

Nicolaus Trzcinski, Senior Ecclesiæ Podlachiensis, manu propria.

Joannes Chocimoyvski, Palatinatus Russiæ nuncius, & Senior Spiritualis, suo & Fratrum suorum ejusdem Palatinatus nomine subscriptus manu propria.

Bartholomæus Falconius VV. S. Con senior Districtus Russiæ & Legatus, subscriptus manu propria.

Petrus Tarnovius, Minister Dembnicensis, & Senior cœtus RADZIEIOVIENSIS manu propria.

Daniel MIKOLAIEVVSKI, in Ecclesia Radziejoviensi Con senior, & Verbi DEI Minister, Synodi Generalis Notarius publicus, subscribo.

Joannes Girck,
Pastor Ecclesiæ Lesnensis,
Christophorus Musonius
præpositus Ecclesiæ Cosmienensis,

Matthias Rybinus Ecclesiæ Posnaniensis Minister,

Andreas Colensis Ecclesiæ Goluchoviensis Minister,

Petrus Dresnensis, Senior Diœceseos Pogorzelicensis, suo & fratrum nomine subscriptus manu propria.

Seniores Ecclesiarum Confessionis Bohemicæ, in majori Polonia, &c.

Laurens.

Laurentius Karsnicius Ustensis, Senior Diœcesis Ponaniensis, Confessionis Augustanæ, Minister in Gnin, suo & fratrum nomine subscripsit.

Gregorius Zarnovecius, Minister Vloszzeviensis, Legatus Districtus Chencinensis.

Martinus Ianicius Smilovitanus, Verbi DEI Minister in Zalesie, Conserior Districtus Chencinensis, suo & ceterorum fratrum nomine.

Franciscus Stancarus, Ecclesiæ DEI quæ est in Vlodzjavy Pastor, Legatus tractus Chencinensis.

Franciscus Pł. Seçeminius Chmielnicensis & Sedziejowensis Ecclesiæ Minister, Legatus missus ex Districtu Chencinensi, manu propria subscripsit.

Joannes Duscovius, Legatus Districtus Sandomirieni, manu propria.

Joannes Stałovius, Legatus Districtus Sandomiriensis, manu propria.

Christophorus Krański, Ecclesiastes Lublineensis, Legatus Districtus ejusdem manu propria.

Johannes Cluentius, cœtus Rzecicensis Minister, Districtus Lublinensis Nuncius, subscribo manu propria.

Joannes Rætorius, Minister Cosenensis, Legatus Ecclesiarum quæ sunt in Districtu Zatoriensi & Osviecinensi, suo & aliorum fratrum nomine.

Albertus Myslovius, IESU CHRISTI Minister, Pastor in Krylov, Confessionis Helveticæ, subscripsit manu propria.

Stanislaus à Grozno, Minister CHRISTI in Chomstovo, in Districtu Kcinensi Cofessionis Helveticæ, manu propria.

Clemens Agnelli, Clodaviensis, Minister in Kościol, manu propria.

Valentinus Curio Halensis, Ecclesiæ Radziejoviensis Minister, & Scholæ Moderator, manu propria.

Jacobus à Jarocin Pruski, Minister Verbi DEI in Ludziezko, Confessionis Helveticæ, manu propria.

Stanislaus Gronicius, Minister Verbi DEI in Zerkov, suo & suorum fratrum nomine, manu propria.

Nicolaus Hermes Ecclesiæ Cieninensis Minister.

Paulus Orlik, Crotosinensis Ecclesiæ Minister.

Joannes Campensis, Minister CHRISTI in Ecclesia
Niemcinensi, manu propria.

Andreas Sylvanus, Minister verbi Dei in Barcin, manu
propria.

Samuel Orlik, VVissiensis Minister manu propria.

Joannes Turnovius, Illustris Domini Palatini Breſten-
ſis Cujaviensis Concionator Aulicus, manu propria.

Stanislaus Stavensis, Minister Verbi Dei in Brzeskor-
zyſtvva.

Joannes Pigelius, Pastor Ecclesiæ Piranensis, Confes-
ſionis Helveticæ.

DOMINORUM
PATRONORUM EC-
CLESIARUM EVANGELICA-
rum, qui in generali Toruniensi Syn-
odo interfuerunt, Subscri-
ptiones.

ANDREAS LESZYNISKI, de Leszno, PALA-
TINUS Breſtenis Cujaviensis, personaliter præsens
subscriptis, manu propria.

JOANNES ABRAMOVVICZ, Palatinus
Minscensis, Capitaneus Lidenis, ex Magno Ducatu Lit-
vaniae, personaliter præsens subscriptis manu propria.

ADAMUS BALINSKI de Chomiaza, Castella-
nus Bidgostiensis, Capitaneus Crusvicensis, præsens sub-
scriptis, manu propria.

ILLUSTRIS Domini CONSTANTINI Ducas Ostra-
gensis, Palarini Kijoviensis Legatus ad præsentem Syno-
dum, CASPARUS LUSZKOVVSKI, manu propria.

Magni-

Magnifici Domini STANISLAI GOSTOMSKI, de
Lezenice, Palatini Ravensis, &c. Legatus ad præsentem
Synodum NICOLAUS TRZYLATOVVSKI, manu
propria.

STANISLAUS SZAFRANIEC de Pieskovva Skala
(antea Palatinus Sendomiriensis) Tribunus Cracoviensis.

SVVIENTOSLAUS ORZELSKI ab Orle, Capitanus Radziejoviensis, Director SYNODI, manu pro-
pria.

ANDREAS RZECZYCKI, Succamerarius Lublinensis, & Ecclesiarum ejusdem Palatinatus Nuncius, ma-
nu propria.

PETRUS GORAISKI de Gorai, Nuncius Ecclesiarum
Palatinatus Sendomiriensis, manu propria.

CHRISTOPHORUS REII, de NAGLOVVICE, Da-
pifer Lublinensis, ab Ecclesiis Palatinatus Lublinensis,
Belzensis, & terræ Chelmensis nuncius, manu propria.

ANDREAS SZAFRANIEC de Pieskovva Skala,
Capitanus Leloviensis, manu propria:

HIERONYMUS ABRAHAMOVVICZ, Tribu-
nus Lidensis, ex Magno Ducatu Litvaniae, manu propria.

GEORGIUS LATALSKI Senior, Comes in Labi-
szyn, Palatinides Posnaniensis, manu propria.

LAURENTIUS SKARBEK, Capitanus Lucinensis,
manu propria.

SENDIVOJUS Comes ab Ostrorog, manu propria.

ANDREAS KROTKI, Palatinides Inowladislavie-
nsis, manu propria.

ANDREAS ZAREMBA de Calinovva manu pro-
pria.

JOANNES CHRISTOPORSKI, Dapifer Siradi en-
sis, manu propria.

JOANNES NIEMOIEVVSKI, Judex castrensis Ino-
vladislavensis.

LAURENTIUS NIEMOIEVVSKI.
Marcianus Niemojewski.

Alexander Niemojewski.

Nicolaus Rozenski, Judex terrestris Inovvladislavien-
sis, manu propria.

Joannes Ruszynovski, Vexillifer Palatinatus Inovvla-
slaviensis, manu propria.

Martinus Trleski, Dapifer Inovvladislaviensis manus
propria.

Gallus Koscielski, Subjudex terrestris Brestensis, ma-
nu propria.

Joannes Modlibog, Venator Inovvladislaviensis, ma-
nu propria.

Iacobus Svvierzevski, de Lescze, Nuncius ex cœtu
Radziejoviensi.

Albertus Koscielski, ab eodem cœtu Nuncius ad
SYNODUM.

Andreas Grodzieczki.

Martinus Bukovviczki, de
Bukovvięc.

Joannes Suchorzevski.

Matthias Siedliczki.

Christophorus Bardzki.

Petrus Zychlinski.

Martinus Kreza, manu propria.

Martinus VVichorski, notarius castrensis Radziejovi-
ensis, manu propria.

Casparus Kempski, manu propria.

Simon Ostromeckzi, manu propria.

Albertus Dorpouski, manu propria.

Albertus Gadeczki, manu propria.

Stanislaus Cikovvski, manu propria.

Stanislaus Skorulski, ex Magno Ducatu Litva-
niz.

Jacobus Bronièvski, manu propria.

Ioannes Koricinski de Korytnica, ex Siradiensi Palati-
natu, manu propria.

Martinus Bronievski, &

Martinus Chrzaſtovvski, nuncii ex Palatinatu Russiæ,
suo,

Nuncii Ecclesiarum
Orthodoxarū ex ma-
jore Polonia, suo &
fratrum suorum no-
minibus subscripte-
runt.

suo, & fratrum suorum ejusdem Palatinatus nominibus,
manu propria.

Petrus Palczewski, ex Districtu Zatoriensi nuncius,
manu propria.

Albertus Zbozy Zakrzewski, Iudex castris Radziejo-
viensis, manu propria.

ZBozy Zakrzewski, manu propria,

Gregorius ZBozy Zakrzewski.

Albertus Zychlinski.

Andreas Kryszkowvski.

Sebastianus Grano-

vski.

} manu propria.

Iohannes Bokiey Zanislavvski, ex Magno Ducatu
Litvaniæ.

Raphael Soszyc ZBirovski, notarius castrensis Lidenſis,
ex Magno Ducatu Litvaniæ, manu propria.

Petrus Goluchovvski.

Andreas Oſſolinski.

} Ecclesiarum Palatinatus
Sendomiriensis nuncius,
manu propria.

Iohannes Lipski, de Laſtrzebniki, manu propria.

Przeclaus Laſzkovvski, manu propria.

Raphael Novvovvievski, manu propria.

Iohannes VVassovvski, manu propria.

Iohannes Cossowvski, Vicecapitaneus Dybovicensis.

Iohannes VVoiszevyski, manu propria.

Michael Paledzki, manu propria.

Bernhardus Tloczki, manu propria.

Janusius Lubovvski.

Paulus Gnievvkovvski.

Casparus Iaruzel Brzezniczki.

BALTHASAR RACHOCZKI, Medicinæ Doctor.

Henricus Girck, Senior Secularis Ecclesiaz Posnanien-
sis, Confessionis Bohemicæ, suo & aliorum fratrum ejus-
dem cœtus nomine, manu propria.

Christophorus Ridt, Cōfessionē Augustanā p̄fitens, &
Senior cœtus Posnanicensis, subſcribo Consensui, manu
propria.

Casper-


Casparus Hampel, Nuncius Ecclesiæ Posnaniensis, manu propria.


Georgius Gelhar, Nuncius cœtus Posnaniensis, manu propria.

AD HEBRÆOS XII.
Vers. XIV.

Pacem seclamini cum omnibus, & sanctimoniam: sine
qua nemo videbit DOMINVM.

F I N I S.





E R R A T.

Pag. XVII l. pro patris lege partis.

R

P

o